quid mi credamus (id quod res habet) reliquarum omnium initia hoc  
modo pulsulasse, præter eas quæ summi dei gratia speciali infusæ atque  
inspiratæ sunt, quas a mortalium contamine par est excipere: Ars excu-  
dendos libros hodie tam celebres tamque consummata quæ quis ver-  
vulsum eruditionis & doctrinæ ministrum esse dixerit, ante annos sep-  
tuaginta nulla fuit, tam repente diuina credo providentia volente vt  
imortalitati ætatis, consuleretur ad inenarrabilem frugem perueniret/  
Primo tamen ab Germano quodam Magunciaci reperta rudis su-  
it, primæque codices incomptioribus characteribus impressi, mox omni-  
bus exactius institutis mira celeritas in literis fundendis castigatis  
& componendis adiecta est, quæ omnia adeo accrevit vt addi quicquid  
non posse videretur: Operarum autem tardior successio fuit: nam & in  
arte formidanda scientiam quoddam esse, Cicero vult/ apud quem li. de Ora-  
tore primo Crassus sic ait. Nihil est enim quod ad artem redigi possit, nisi  
ille prius qui illa tenet quorum artem institueret vult habeat illam scientiam,  
vt ex his rebus quæ ars nondum sit, artem efficere possit. &c. Quibus  
de artium origine & conglutinatione disputationem sane pulchram, nec ab  
istâ nostrâ tractatione alienam subiunxit: quam quæ ille de tota artis con-  
gerie per omnes veritates collecta intelligat: cum alio qui cum in membris &  
partibus, ars sine scientia sit eo modo esorta quo dixi: Scientiam autem  
hoc in loco ab arte non fecerim: POETICE ergo prætractatio per prin-  
cipia diffusa nec statim absoluta fuit/ Cuius præcepta, rationes, & regulas  
non tam vates ipsi/ quasi alicuius dediti, quæ Grammatici in perlandis  
& interpretandis Poematis ex quaesiverunt/ horum enim diligenter factum  
est, vt ex Poetæ arcanis/ quasi ex delubro quoddam numinis pleno/ situ  
diotis deprompta proponeretur/ quæ ipsi vt mystica quædam & secretâ,  
non omnibus vulgauerint: Illius ergo ope, vt dominæ scribam, quasi

per rarioreſ quāſdā nec omnibꝫ proſtritaſ ſemitaſ in Portꝫ altitudinibꝫ verticeſ traductimꝫ, ad ep̄ iſta Pamaſi iuga plena numera & amplitudinē ex quibꝫ tanqꝫ ex præcellā aliqꝫ ſpecula in ſublimitate tūqꝫ ꝑſeſſiōi arteſ ut in paſſive late cūpoſ proſpicere datur: Quę quidē priuſ a Grammaticiſ indicantur quorꝫ cura Poetę ſunt: mox etiam eum latius iucrimus ab aliarꝫ doctrināqꝫ autoribꝫ traduntur ut viaticꝫ / quo expedite in tantꝫ molibꝫ altitudinē conſcendere poſſimus: Quapropter arteſ prima nobiſ cura eſſe debet, ne naturam ſua verecundia & audēdi ſeueritate labefactari velle videamur: Vt enim titubantibꝫ in iuuenili corpore membris graſ gradū miniſtrati: ſic omniſ naturę firmitas, omniſ cōſtitutio ab arteſ maturitate accedit cuiuſ viſ tūta eſt, ut Cicerone ſep̄ autore ea imare & ornare poſſit / quę ſuoꝫ ingenio & natura abiecta & ſordida videntur, Neqꝫ ignoro (idē inquit) & que bona ſunt fieri meliora poſſe doctrina & que non optima / aliquo modo acui tamē & corrigi poſſe. Conandū ergo vbiqꝫ tibi eſt mi frater, ut naturę pigmento minus ſidēſ, quicqꝫ ſoꝫ ſum facilitate ſua mortalibꝫ oculoſ non nunqꝫ ꝑſtringeſ) arteſ ſemp̄ ſeruaſſimo animo amplectariſ, ſine qua errare & labi & neſcite / in promptu eſt: Vt autē hoꝫ cōſiderentia probari non poſſet, qui naturam arteſ nudam negligere magiſ qꝫ extollere vident: ita certe ritur perandū ſunt qui aliquid inuata, ut aiunt / Minerva vrgent potius qꝫ agant: eſt enim Horatꝫ quum inquit. Tu nihil inſta diceſ faciliſ Minerva: nihil enī inuſ decere poſſet ut Cicero primo de officiſ libro ſcriptū reliquit, qꝫ quod naturę aduerſari videtur noſtrꝫ / Nihil vero decorū magiſ eo qꝫ naturę noſtrꝫ maxime ꝑꝑriū & argū eſt. Propterea ex autoritate Quintilianꝫ l. 1. hi qui beneficio ingenij ꝑſtate naturę confidenteſ, & arteſ negligunt / habituri ſunt negligentie ſue multoſ perſimileſ: paucos autē ingeniꝫ. At quoniā vtrꝫqꝫ artem dico & naturā / exercitium ꝑꝑerit ſine cuiuſ adminiculo / vix ſtare poſſet vtrꝫqꝫ ratio, de hoc ipſo poſtulare materia / anteqꝫ ad alia digreſſiamꝫ paucaſ mihi agendum eſt.

QUANTA SIT EXERCITII VIS IN OMNI RE  
TITVLVS. XII.



Exercitium / quęcunqꝫ aut a natura ſuſceptimꝫ / aut nobiſ ipſi per aruꝫ ſtudia ꝑꝑerimus ita reſicit / firmat / & abſoluit / ut marceſcentē frigore terrā / ſpiranteſ ſauoreſ / & verna ipſa temperieſ ſolet / quā in noſtra ſigna conſcēdenteſ Phœboſ ſuo calore eunſta ꝑꝑeriat. Et Venerem inducit ipſi & decuſ ad dieſ a gelis. Niſi enim nature quantuſ bonꝫ viſ / & exercitatio que

artis ratione gubernetur accedat, haud magnum ex alterutro fructū expectabimus: Natura enim pulsilla & subinde ad id quod incedit cohortans, vñ caris collabalcit inortia: vt sicutulus quod terra gignit obardicit, si aut loci molestia, aut aeris glutinulo nutritiōe fluore deseritur. Ars vero, quam, Telle Maritio per vñam experientia genuit: nulli eius aduēto seruetur & exoptat cuius dono instituta est: perinde se habebit, vt affecta ex rudi aliquo robore status in qua prima quod i inambrosq; lineamenta sine gratia & decore spectentur. Vt igitur naturi ars firmat & illuminat, artē autē ordinar & gratiosam facit naturalia vñsq; exercitiū illustrissimū & efficacissimū statuit: Quid enim naturę facilitas, vñ non deprompta: quid artis certitudo exercitio non exoptata, & in apertū posita? Sterilem artē dixeris, quę nec se vñ perficit nec alijs sua prestans frugē participē facit: Naturam autē effectam eius indicia per oculū nemo discernat: Quid nō igitur dicamus, hos q; illudatū oculū, per execrabile quandā defectū deperit magna iniuria, & se publicęp vñleas negligere: & naturę artiq; suscipere collata in se ornamenta non solum negligere, verumentiā contemnere: q; vñas vñsq; non faciunt copulā, sine quo tamen neutri adeo potestatem dixerimus, ut suasie opera in illustrem aliquē suę estimandis gradū confendere queat. TOTAM autē exercitandi rationē, vñib; practiq; partibus absoluti, video placere passim Quintiliano: Lectio ne scilicet, scriptio & cogitatione, hęc priores duas ita completit vt lectio & scriptio sine cogitatione recte institui nequeant: cogitatio autē quamq; ex his emanet, sepe tamen seorsum & lecta quasi repaist mare animo, & scribenda ordine dicto digerere solet, Neq; vero rerū ordinē modo (inquit Quintil.) quod ipsum satis erat, intra se ipsam disponit sed verba etiā copulat: totiq; ita cōtinet orationē, vt ei nihil præter manum desit: quod autē de oratione Quintil. meminit, idem de carmine inteligi potest: De lectiōe & scribēdi ratione suo loco dicemus: Cogitatio & loci & temporis plurimū habet: nō legere aut scribere nec semper nec vñiq; possumus, Hęc (inquit Quintilianus) paucis admodū horis magnas etiā causas amplectitur. Hęc quoties intermissus nō somnus, ipsi noctis tenebris adiunatur: Hęc inter medicorum actus aliquid inuenit vacuū: oculū non patitur. Itaq; bene studiā nostra collocantibus, nullum tempus elabi potest, quo nobis aliq; exercitij genere fructus non accedat: In quā rem & illud cōdit Quintiliani, Studendū vero semper & vñiq; neq; enim fore tam nullus est dies occupatus, vt nihil lucratiq; (vt Cicero ad Brutū facere tradit) operę ad scribendū aut legendū, aut dicendū napt aliquo momento temporis possit: Noctū est a perpetua Apella pñoris diligentia profectū Adagii, Lūnel dicere, quo omnū artū profectores monent, vt nullū

adeo occupatū tempus esse finant, quo vel exigui sue artis partē non attingant: Exemplo principis pictoris Apellis Cui autore Plu.ca. 10. li. 33. alioqui perpetuo cōsuetudo fuit, p̄ncip tam occupatū diem a gēdū vt non lineā ducēdo exeret et artē non ignarus quantū exercitio ars absolutior debeat, CICERO certe libro Epistolaz. familiarium nono quantū exercitatione profecit, his ad Papt. Perum verbis indicat: Deinde illa ipsa siqua fuit facultas in me orationis nisi me ad has exercitationes retulissē exaruisset. &c. Eiusdē alibi sententia est Artē sine exercitatione assiduitate non multum iuuare: ID est in omnibus mortalū negotijs compertū, vt repetit per interualla actiones subinde facilitat̄ maiorē conantibus offerant, quantoq. vehementius opa nauat, tanto celerius & expeditius obtineri, & donari posse quod sua magnitudine animi nostri imbecillitatē vincere velle relaxando videbatur. Aristo. vñs potentū animo colligens, non solum credidit verū etiam prodidit, p̄ctius & euidentius operari posse eum qui sine arte experientiā quę solo vñs constat, haberet, q̄ qui artem sine experientia: Quid igitur exercitiū est: Mater cōsuetudinis, pabulū naturę difficultatum lenitudo artū lima: cęti venientū splendor animi, euidētisq. regula, celeritatis parens, verę laudis prima occasio, trepidę formidinis vntea medicina & (vt in summa diei) primū omnis recte actio nis vestibulū, Ex quo solo tibi frater in omniū honestat. disciplinartū cupiditate p̄stari potest, quod desideras: citissime quidē si fuerit natura: atq. inserit, tardius vero si natura te deseruerit, quantū tibi hoc vclim esse in animo quod paulo ante referēbā, nihil cuiq. inuita Minerva conandū, rarissimū enim hoc est vt exercitiū iis nature moleculā vincat & excutiat: Malo vnumquēq. id sequi ad quod se natura eluce videt institui, q̄ operā & oleū perdere: Sicut enim naturā & artē vt diximus, vñs p̄curia diligitere culpabile est, Ita nemo his maius tēporis dispendiū facit qui ingenia sua per fiduciam quandā temere sibi nescio quid pollicentē ad id assurgendū aut p̄sthandū agunt/ vrgent, & cōstimulū: quod aut remat natura, aut artis intercipit inopia: quorum hodie non sunt pauci, simillimes his qui contra flumen natare solent: Videre est cotidie frater admodū multos, qui primis nondū liber artum rudimentis recte imbui, neq. ordinem nec modum suis laboribus adhibentes sub ala (vt Horatiano vtat) fasciculū portant librorū vt Rusticus agnū, hincq. & inde cursitant, nullum p̄ntes qui aliquid doceat negligenti, Cūq. ad nullā rem minus q̄ ad ea studia que moluntur eos natura genuerit: se vt nec hūm p̄stolant: & saxum illud Sisyphiū perpetuo conamine & frustrabū opera circum uolant, & tamen omnū primi sunt, qui interim censere p̄fessores, & fastidio sequi doctos si paulo diligentiores sint, audent: omnia vno



in haustu & momento uno, sibi infundi desiderantes: Cui ad preter  
 crassam ignorantiam nullam causam dederis: nam noscentibus aut, hęc  
 non edimuntur: Quomodo aut dices ille artem habeat, qui nondum  
 didicit, aut ut adificat primū intendit In discendis artibus hercle &  
 arte quādā qua ducaris est opus, quod vult in hoc libro nostro conamur  
 ut ea tibi in addiscenda Poetica sit ad manū. Vtinam multis iactura  
 temporis adeo cordi esset, ut id sequi mallet quod possent, quod vrgere  
 & conari quod nequeat, rectius enim & ingenijs & artibus consule-  
 ret. Id aut ut ante dixi fiet si Heroicopū secuti fueris, quod certe opti-  
 mum factū est, si modo quis bene est natus. Nam grauius a natura  
 vitari, ut Epilepsiam quinquaagenariū nemo medicus vicinū erudi-  
 tus & diligens resistit. In his aut omnibus gratiam Dei nostri, opt-  
 Max. tamē efficacem sapientię & doctrinę, qua prestanti insonibus  
 lumen intellectus potest, eum honorifica mentione & summa venera-  
 tione (ut par est) excipimus.

DE EXTEMPORALITATE QVAM PARIT  
 VSVS TITVLVS. XIII.



ic, quoniam de exercitiij vtilitate facta est ratio, Extempo-  
 ralitas decorem subtrahere est opus, ne Partem suo locu  
 contra pietatis officium priuare videamur: Hęc autē quę  
 in Poetica nullā habet necessitatem, quę omnia summa ma-  
 turitate pensanda castiganda quę videntur: tamen si in quopiam impera-  
 ta emicat, non tū edimenda debet quę venerari, Est enim cuius lectio  
 nis, sili, & cogitationis testis, & per hęc summa diligentię & laboris  
 indefecti argumentū: quod in omnium artium studijs cum primis proba-  
 ri debet: Eam ob rem non incassum Quinilianus. li. 10. suę institu-  
 tionū Oratorū formans, Maximū studiorū fructum & vobis amplius  
 quoddam premiū dixit longi laboris, ex tempore dicendi facultatem,  
 quod eo modo quo dixi ad Poetas quoque referri potest: quoque dilige-  
 tia et edentatis peruenire solet, ut quamuis non coacta, possit tū  
 prestare etiā subito quod placeat, id quod Cicero teste Antipater  
 Sicionis & Licinius Archias pregliterunt, Nec alicui id graue nimis  
 exercitijs parare debet, nec ut incredibile (quod simplices solent) abij-  
 cere: Nam Eobani Hęsi (ut de his loquar qui mihi sunt non) in car-  
 mine extemporalitas exploratissima est: Virius Hūsenus Eques etiā  
 ex diuturna sua peregrinatione, quā insinerat e Moravia Viennam  
 ad me & Aperiachum meū venisset, Philippe Gundelio Boto, cum  
 vniuersę discipulo, versus per quos elegantes & materię institutę aptis-  
 simos obambulans sine omni difficultate pronuntiavit: nec id quod

in vno carminis genere, Elegiaco tamen celerius. Tectis mihi est Col-  
limitius Mathematicus & medicus, veriusq; summus amicus, cui des-  
deranti, jam recessurus seip. succingens, carmina permulta in eam  
quam peterat sententiâ sine mora dictaui: Quod certe minus mira-  
tus fuissim nisi me prouocasset adolescentia, nam vix tñ vigesimum  
annu agebat. Q; si hoc in alieno linguae usu Germani possunt, quid  
non queant in sua Italiae quibus latine scribere, loquiq; non tam pro-  
priu est q; generu. Hec vero extemporalitas, quibus ab omnibus ex-  
ercitationis partibus profectitur cogitationi tamen debet plurimū  
q; & ipsa sine memoria perspicacia nullū est: Extemporali enim faci-  
litate praeditū dicitur: qui sine dissimulatione & mora, concinne & orna-  
te intra seipsum cogitudo, id colligit & componit quod ad loquatur  
vel scribat subito, aut si hoc non fiat, integrum tantū memoria quasi  
frequenti aliqua lectione adeptū retinet: Qualem Thomā neuitus  
Slesii Musicum & Cantorē, in quo tanta cogitatio vis & celeritas  
est, vt non solum intra se concinnatos numeros longe cantilena illico  
exeribat, verū etiā ab alio cōpositos si bis iterum eam audiat, ita om-  
nium vocum excursus animo concepit, vt abiens digestim exeribat,  
quod aliquando in integris (vt aiunt) offests, paucis mutatis, egit, in  
Caspere. Vrsino, quoq; Slesio doctissimo literarū homine, & summo  
amico meo, ea est animi cogitantis diligentia, vt multa inter obambu-  
landū animo concepta carmina pensatis diligentissime omnibus, ū-  
dem domū rediens sine labore quasi ex plures quodsi exeribat: Quā  
rem, & si ego quoq; praesentim non semel, & probare possem adhuc  
non tamen adeo celeriter (quod ille solet) adeoq; saepe vt mihi ex ea/  
laudem parare queam. Id certe dignū est notatu, non perinde ex Poe-  
ta, ut Oratore postulari extemporaltatē debere: Nam huic (autore  
Quintiliano) adeo est necessaria ut eam non confectus ciuilibus offi-  
cijs prudēter renūciat, seip. ad scribēdi facultatē, aut alia opera potius  
conuertat. Periculose enim sibi impetus rerūq; in R.P. uarietas, &  
euentus imperari, solum cum Oratorē admittent, qui in horas parare  
possit de quavis tractatione sine difficultate disserere, ut in summa  
etiam festinatione Patria salutē mari & propugnare videatur. At in  
Poeta, vt laudari debet ita parcus desiderari / ne quis subito e celeri  
plus q; exacto iudicio tribuere videat. Nequa q; nim. adeo est per-  
naturā & exercitatioē parate facilitati considerendam aut indulgen-  
diū potius: vt nobis blanditudo id eripiat & in publicū sistat, quod in  
iudicio adhibito, indubie pulcherris meliusq; dari poterit: Inuare  
igitur diligentū debet extemporaltas non intercipere, Cumq; audi-  
torum aut spectatorū frequentia maxime gaudet, danda est opera ne  
licentius se q; deceat ostendat, nec longius q; sit satis excurrat, semp  
quod

Lans the  
vni  
stogy.

quod edidit iudicij censura offerat: Nisi necessitas quæpi, aliud mor-  
hamur: quæ tamen Poetæ non facile stimulos inficit, Nā parui maturo  
Nouem annos Horatius si aruit, propterea cõstat Maronẽ in versu scri-  
bendo adeo attentũ & diligentẽ fuisse, vt multis vno die scriptis pau-  
cissimos deceptos probarit, nec huic quidẽ diligentẽ tantũ tribuit,  
vt seruandos æneidos libros testamento iusserit, cum vt imaturos ete  
mari voluisset, quæ admodũ antea diximus. VITAE & longeuitatis,  
capax est omne maturũ & sua natum mediocritate: Fragile vero &  
caducum quicquid pycoc & festinũ exuberat: Quæ de re. Suripi-  
des (sunt. Valerio) non inficit, corli quo cũ Alcestides Tragicus glo-  
riamus esset, p̄ die vno versus centũ p̄ facile scribere posset, ipse vno  
maximo imperio labore non ultra tres versus ducere potuisset, hec  
inquirit: nec est q̄ cui in tridũ tantũ modo, mei vero in omne tempus  
sufficere: Alterius enim (inquit Valerius) hoc cuncti cursus scripta in  
primas memorię metas conuertunt: Alterius eundẽ itilo elucubra-  
tum opus per omne aut tempus plenis glorię velis feretur. OVIDIUS  
suũ de se exspiratitacẽ testatus est, hoc versu. Quicquid conabar di-  
cere versus erat: Verum Quintiliano p̄r hanc ingenio nimis indul-  
sisse videtur. li. 10. Interim tũ frater, omni conato ad hęc cõtendendũ  
esse existimo: hoc enim modo, si per eũ partũ ruminãdo recoquimus,  
continget, vt dupli splendoris ornamento nostra carmina, non mag-  
no labore donemus.

DE FVRORE POETICO: ET QVOD PER EVM  
INTELLIGENDVM. TITVLVS. XIII.



Acerum, quia ha dẽno de artis/exercitiũ, & naturę postũ  
tia adeo constanter asseris/ aliquis contrarietate eo ipso  
posset, quod apud Platonem est in lone vbi Socrates ex-  
stimat non arte aliqua / sed afflatu potius diuino poetã  
emna præclara Poemata canere. Cuius nobis ad alia festinantibus  
de hoc ipso afflatu/ quẽ & furorẽ nominat Plato/ aliquid ediferendũ  
est, ne aut artem abicere furoris diuinitas, aut furorem elidere artis  
euidentiũ vi deatur, quod quidẽ necessãrĩo contingeret si hęc parata  
diuersitas boni sensus interpretationẽ non acciperet. PRIMUM aut  
tibi frater Platonis sententiã exponã, deinde vero reliqua propo-  
sire rei congrua subiungam. Plato veritatis magnus inquisitor, in eo Dia-  
logo qui Phædrus seu de amore inficibitur, furorem Poeticũ ait esse  
nil aliud q̄ occupacionẽ a Musis emanantẽ que teneri & incõstantem  
animam suscipiens illam suscitet atq; afflet, vnde per sacrus allamq;  
Poetũ, infinita antiquo p̄ gesta exornãta possides illustrat. Occupatio

autem auto. Marfilio eius interprete rapti animi & conuersionem  
 in Musarū nomina significat. Qui igitur ( inquit Plato ) abſq; furore  
 Musarū Poeticas ad fores accedit cōfidens arte quadā ſe bonū eu-  
 ſurum, inanis ipſe quidē atq; eius Poēſis, pre illa, quę ex furore proce-  
 dit, qua quidē hęc quę ex prudentia procedit euandēto. Iſo aut opus  
 eſt in primis vt per Muſicos tonos, quę corpore ſufciet, per Harmoni-  
 cam ſuſuitatē, quę turbantur mulecat, per diuerſosq; deniq; conſonā-  
 tiam diſſonantē pellat diſcordiā, variatq; animi partes temperet vt  
 illuſtrata & correpta rationalis animę pars a ſuperis delapſa ad in-  
 fera, ab inferis ad ſuperna retrahat. Hoc furere, vt in lone ait Soer.  
 primum Poętr cum ſcribunt aſſiātur ex horum aut lectiōne dōnde  
 alij corripitur diuini furoris. mediante Poętr lectiōne participet.  
 Cum autem dupliē alternatiōē poſuiſet Plato, vnā ſcilicet quę ab  
 humanis morbis & vicio corporis conſurgit, quę quidē animo ad-  
 uenire ſolet ex eorū fragilitate quibus coniuſta eſt. Aliam aut quę  
 a deo aſſante ſos infundente preuenit, quę animo vt cœleſtis eſt ad-  
 ecedit. Hinc in quatuor ſpecies diuiſit, vt ſi videlicet alienatio, ſiue  
 furor Poętricus, Furor miſerij, furor vaticinj, & furor amoris. Qui  
 licet ſeorſum animis humanis aduenire queant, in Poętra tamen ſolō  
 poſſunt coincidere ob quādi in multis, vltra Poętrā vni vaticinj  
 & miſerij participationē. Hinc illud eſt, quod Socrates in eodē lone/  
 Poętras nihil aliud eſſe dicit q̄ deorū interpretes, & diuina vt moueri  
 omnes, quę conſimilis ſit huic quę eſt in lapide Magnete atrahit tan-  
 ta omnij admiratione ferrum, & raptim ad ſe & in ſe prouocet; q̄  
 quam furorē intelligit Poętriciſi. Haſtenus Plato: Democritus ſuper  
 nominat. Negavit enim (auto. Cicero. li. de diuina. primo) ſine ſu-  
 pore magnos eſſe poetas, Strabo li. Geographij primo. Inter omnes  
 artes quę ab humani ingentū excellētia proficiūt ſolam Poętrici  
 diuini furoris ope illuſtrē eſſe autumat: Naſo Pedigius libro de arte  
 amandi tertio, diuinum offendit, his verſibus.

Vatibus Aonijs faciles eſſote pedes/  
 Numen inſt illis Pierideſq; ſauent.

Eſt deus in nobis ſunt & commercia cœli,  
 Sedibus ætheris ſpiritus ille venit.  
 Idem li. Faſtorum ſexto ſic.

Facta canam ſed erunt, qui me ſuſciſſe loquentur

Nullaq; mortali nomina vſa putent.  
 Eſt deus in nobis, agitante caleſcimus illo,

Impetus hic ſacrę ſemina mentis habet.

Fas mihi præcipue vultus vidſſe decorum.

Vel quia ſum Vates: vel quia ſacræ canam.

Ab hoc igitur furore, qui Vates in grauissimam & pulcherrimarum rerum penetralia ducit, Poetæ diuini dicti sunt ut in illo Virgil. Tale tuum carmen nobis diuine Poeta, Et ab Entio sancti, ut in oratione pro Archia Cicero testans est, ubi de hoc perperâra. Hinc & insani Vates, hoc est diuino furore correpti, nec memet latius nuda sapientes ut plerique omnes mortales solent, appellantur: vñ vocabuli dehinc in eos quoq; tralato, qui vehemens & perspicacia ac eruditi animi sunt, ut illud. Insano multū laudā a magistro: Que res autē, Horatio a Democrito profecta est, q; Poetas peculiarit' insanes dicit. Cicero Tulliana prima. Nullum vatem graue plerūq; carmen sine coelesti aliquo mentis instinctu effundere putat: Nostri, hoc est reuolutores, inter quos Maphæus Vuegius; q; de perseverantia in reliquis libris edidit: diuinū mentis Poetay concitacionē esse asserunt qua succensū magnūq; quasi præcipites impetu rapiunt. Sane enim, ut hic inquit eorum ingenia diuina magis mouerit, q̄ humanarū viriū, qui cū tot ligati contrictiq; sint vocum ac mensuray legibus, a tot vocati disse rendis rebus & disciplinis, haud facile illis esset omnia perpetuo se licetq; silio complecti, nisi adiuuante instiganteq; dei miro assensu ac spiritali atq; domestico contubernio, calefacteq; diuini spiritus igne quodam, ac deflagrante magis incendio: eos idcirco etiā furore repleti & debacchite quasi quopli prosumo spiritus circumados su nara sepius predicare manifestū est, Nam postq; dulcis illa flamma exaluit, mox viloscere humana propria vero fieri & sapere diuina inel pium, cum rapitur mens corporis sui quasi ergastuli obliuā & agitur tanq; cæco vaga & libera, fruuntq; deliciis eius profano vulgo incog nitis, quas si nō gustu certas at imagine saltem, & odore quodā cuius suauitudo facile nunq; explicari potest attingit. Hæcemos vegius Poe ta & Theologus, qui quantum huic furori tribuendū sit satis indicat. Quædā quino illi in errore sint, qui iuudi & inq̄ti, nec ad aliud ap tius q̄ ad maledicendū geniti, furorem Poetay insaniū demonū esse aiunt, maximi Philosophi Platonis autoritate cōprobatur. Desinane illi deinceps & illud agnoscat Ciceronis li. de Orat. 2. Nemine posse de ea re quā non nouit non turpissime dicere. Verus n. prouerbiali in censes inq̄tos emanatū, quo dicit. Sutor nō vltra crepidas: vñū hoc illos terreret, qui per se ignorantiū crassissimā caliginem nō deprehendere lucis possunt. Platonis quidē tota de furore tractatio, dā ligenter iudicantibus ad istam naturę vim & diuinitatē? quā ingenia Vatum ab geniturę exordio fortissimē delectū potest, quā coelestem esse maxime conuenit, cum e cœlis nobis veritas, quicq; enim coelestium corporum influxu animis nostris boni tribuit id a deo esse credi par est cum & ipsa hęc in nos agerentia astra a deo sint. Naturę autem ad

quamplurimam artem consequendam data inclinatio perspicacia q̄ cum  
animi motu tali corpusculo septū e oculis consequit̄, corpusculū ip̄m ita  
dilatant/ vt animi subtilibus operationibus ea suę complexionis har  
monia obediens sit / Consimili se modo ad artes habet quas dicitur  
vt aridus quispi & idoneus sones ad ignem suscipiendū / cui si pro  
pius flammam admoueris eam & existime suscipit & retinet fideliter /  
microscop augmento cunctis intendit & extollit. Idcirco quāti bene  
nata ingenia breui tempore in susceptis artibus proficere soleant, vi  
demus: que quanto se magis studio dediti doctrinis applicant tanto  
plus accedunt & in diuinas rerum penetralia quędā rapi inductiq̄  
videntur. Simile est in gentis ad Poeticam animis qui subito & sine  
multo labore/naturę oblectatione prouocati & cœlicis suscepto nu  
mine ducti in varijs artū vberem cognitionē perueniūt, & numeris  
suauibus gesticantes/ fingere profunde/ & graciōse scribere incipiunt/  
admiratorē alijs vt p̄ce diuina quādā vi aduū inficere solūt. Et quia  
plerumq̄ quod exiguo tempore parati & oculū tandē in lucē daf  
& apparēt, subito esse iudicatur. Poetę quoq̄ subito prodire furore  
prouocante per exigua tempora existimantur quē fieri indices maiorē  
arte tractata indubium est. Nam naturę perspicacia post q̄ focū sibi  
datam artem intelligit in omnī artū tractatu mirāda est sc̄pue tū  
in Poetica, ea q̄ inuenit, quę & maiorib; aliquādo industrię palmam  
eripiant, & artem facit̄ mire locupletem. Ex morarum igitur/vt vult  
Plato dulcedine furor proficitur/ per quas ipse alias in Timeo spe  
rarum cœlestiū vim & concentū intelligit, de quo nos alibi copiosius  
SED DICES. Cur ergo alijs disciplinay imperus qui animos sepe  
cum summa laude corripuit, cum h̄dem sit a natura perfecti non  
furoris nomine, vt in Poetis appellatur? Respondeo, Q. Plato vidē  
trēs furoris esse species. Miseriū sc̄licet vanitū & amorē, que sine  
euidenti diuinitatis presentia non constarēt. Adijcere his tertij Poe  
ticum quasi coactus est, cum tot artū peritiū ac fere omnium rerum  
scientiū sibi Vates tam breui tempore sine aliquis diuinitatis adiu  
uamento obtinere & intelligere nō posse viderent. Quod in alijs artibus  
non contingit, fere enim intra suos se limites cōtinere solent: vt Medi  
cina, Architectura, Jurisperitia. &c. Poetā autē opus est esse quod imo  
do omnia, vt omnī artium si non exacte cogniciones fidelia saltem  
principia in eo appareant/ Vt enim turpe est pictori / in ceruis tantū  
picturę generibus promptum esse nec omnia sibi proposita effingere  
posse, ita Poetę indecorę, nescire quod fur artis confirmatio possidat  
Propter ea hoc in Poetis peritatis & animaduerts Plato per Socra  
tem suam querentē locum poetay incerp̄ etem, in toto illo dialogo si  
attente legatur, nihil agit aliud q̄ vt ostendat Poetis tot tantarūmp

artium congeriem sine diuino aliquo impetu tam breui huiusmodi vi-  
tempore accedere nō posse: tametsi & hoc pro causa habeat q̄ multa  
fuentes carunt & illa quiddē mirabilia, quę paulo post defensuscente  
furore ipsi met non satis intelligant, quasi non ipsi pronunciauerint  
sed deus per eos eorum tubas clamauerit. hē, q̄ non prudētissimi quęq̄  
& ab incurse grate eruditissimi, optimi caasere Poętr. VERVM quia  
Plato non nulos sine arte subito in rebus Poęticis mirēdos prodidisse  
aliter, & Ionem, & Calcidem quendā Tymicū huiusmodi indicat/  
per quos alioq̄ simplices subito Poętas factos, Diuina prouidentia  
hominū generi declarare voluit: non hominū esse inuenta p̄clara  
poemata sed eccelsa munera: id, vt dicitur ad efficacissimę naturę vim  
referēdam intelligerem, qua sit, vt obseruam saltem sibi artem, mens  
nata deglariat & absorbeat continuo: clariora faciens quęcumq̄ di-  
dicerit: & eo quiddē modo accipiendū qđ de Hesiodo gręco, & Latino  
Ennio apud scriptores est, quos alterum cum patria gręgę ad He-  
liconem obseruaret, a Musis ductum ad anona toga rēp̄te Poętam  
prodidisse aiunt, in alterum translatae Homeri animam esse, cum in  
blepiti ōnem aliter Parmasto. Constat enim hos multū vigilante in sua  
dis, rerumq̄ cognitione posuisse, Quod si ad solo furoris impetu He-  
siodo paucisq̄ alijs cōtigisset (id quod a vera non omnino abhorret)  
non erit ars omnis propterea reiciēda. respectandaq̄ ista miraculi  
fides quę in paucissimis locum habet. Sed arti interim per summam  
exeritationē adhibenda opera: vt naturā etiam qua exhumilari nos  
sentimus ad illius furoris rapem idoneā reddamus. Id quod Prinet  
pes vates fecisse constat, Eam ob rem Horatius perq̄ arguit in arte  
sua eos carpit, qui pertinacia male interpretationis Democriti senē-  
tiam (qui multo aliū furorē intellexit) imitati / (post ōes quādā negli-  
gentia & deinde sibi a se tra illaudabili infamia discurrēt, ex-  
stimantes se vidēri debere & esse posse bonos Poętas: magno, & risu  
digno errore. Vnde inquit ipse docbo, vnde paritur opes, quid aliat  
formetq̄ Poętrū: Quid decrat: quid non: quo virtus: quo serat error.  
Scribendi recte sapere est & principium & fons: Rem tibi Socraticę  
potorunt obendere Chartę. &c. quo in loco aperte indicat multigriet  
lectōne, in philosophia p̄sertim ad vię ratiōis pertinēte opus esse,  
eq̄ ea solidas opes Vanibus parari posse. Vnde tandem furor veniat  
qui rēp̄te venisse exerts videatur. HABE ATQVE ALIA, confē-  
derami tibi fiducia faciunt vt cōiectura abserere audtam. Furorem  
istum etiam a Platone intelcū, quo ingenia mortaliū repente illu-  
strari in suo quodq̄ doctrinę genere, possint grāā esse spiritus para-  
clati, & sine patris in hominum corda proficācentem datorem lumē-  
nis intellectus & scitū, cuius p̄sentia radia Apostolorum p̄clara:

credita sunt doctrina, & fidei veritate. Qui & ipse gentium animos  
pigrūp non est dedignatus, Deus enim autore Augustino religiosos  
quoq; in falsa religione miseratus est, vt cap. 21. li. de Ciuitate dei de  
eiuſmodi de Sybilla obſidit que ppter alia teſte etiam li. 1. Laſtino  
de Chriſti Saluatoris natiuitate paſſione: de cenſu ad inferos aliſq;  
huiuſmodi euidentisſimis carminibus vaticinatꝝ ſunt: quod per ſpi-  
ritum ſanctum corrigat, aſſentem & rapientē gentiū muliercularū  
animos in quibus indignis virginitas fuerat, cuius donū ( auto. dino  
Hieronymo. ca. 24. cōtra Iouinianū) diuinitio eſt. furor aut vaticiniꝝ  
teſte etiam Platone ſine diuino lumine conſtare. vt dixi: nequit, ſicut  
nec myſteriꝝ/ nec amoris: & tamen hanc in Sybilla quocq; porticum  
non inepte dixerimus: per hoc & Poetis nomen vatis accēſit. Poete  
runt veiq; & Orpheus cum diuina perſcripſit, & Aratus aliq; ſinceri  
Vates a ſancto ſpiritu innari, qui ſe, teſte Auguſtino ca. de celoſeptimo  
quarto de trinitate/ animis gentiū immerſit eſq; vaticinatus/ per  
necōites id agens, vt veritas vniq; reſonaret, fidelibus in aduertiū  
impulſis in teſtimonium, vbi teſte doctiſſimo Theologo Francisco de  
Mayronis Auguſtini autoritas eorum opiniones reuoluit, qui carmi-  
na Sybillarum & philoſophoꝝ dicta quibus ea explicauerunt que ſunt  
fidei chriſtiane, a demonibus reuelata fuiſſe dixerunt: Iſt Francis  
veritate cōſua, docimoſtati de ciuitate Aug. ad ſinum/ de Sybilla  
locutus hęc verba habet. Et ſic patet q; falſa eſt i loꝝ opinio q; dicunt  
q; omnes prophetiꝝ Sybillarum fuerint a ſpiritu malo: ſicut con-  
derunt coram me duo magni doctores ſemel. Si igitur his cōtrigē ſpi-  
ritu ſancto moueri qui a ſidei ſemita longe alieni fuerunt, quis negent  
in omniū honēſtāꝝ doctrināꝝ: ſtudijs idē nobis fidei dono ſtanti atis  
contingere: Q; ſi qui ſunt qui data gratis abuntur gratia, in ſua  
perniciem laborant: idē ipſum quod ipſis cum bonis comune eſt, ita  
uſurpāt vt a bonis maxime diſent. Cayphas propheta erat / & male  
erat/ per quod inquit Auguſtinus in queſtionibus veteris teſtamenti,  
obſanditur ſpiritum ſanctum gratiaꝝ: daret non perſonā ſeqꝝ digni  
aut indigni: quod repetitū eſt. i. q. 1. ca. dictum eſt - q; Hoc aut libeſſ  
eſt propoſito noſtro aptū admodū caput. Prophetam Saul. Dignū  
ſciri & ob id hoc adſcripſum. Prophetam inquit Auguſtinus Saul  
rex malus cum etiam ſanctū David perſequeretur. Nō ergo ſciti ſūt  
qui forte ſine charitate habent ſanctum manus dei, ſed vidēt qualē  
rationem ſine habitui cum deo, qui ſanctis non ſanctē veniē: Ex his  
erunt qui diſturi ſunt in Iudicio. Et nomine tuo prophetamini, q; bō  
non dicitur, mentimini, ſed non noui vos. & c. Spiritum ergo prophē-  
tiꝝ dicendi ſunt habuiſſe/ ſed non meritiuſ. Hęc Auguſtinus. Cuius  
autoritas paſſacere mihi videtur quantum peccent quei rem bonū in



abulum per animi malevolentiam delictam vilipendere & culpare au-  
 dent/ quasi bona esse nequeant. id quod in Poetis iudicio plerique ho-  
 die nimis temere se dicere sulte agunt. Videant isti ne blasphemant, &  
 sancto spiritui per quem nobis omne bonum desuper est/ imponant.  
 Hoc spiritus Poetę simul & Prophetę nomen David adeptus est. Hoc  
 spiritum Moyses raptus coecinit, hoc Hieronimus/ hoc alij vetustissimi Theo-  
 logi, qui vna Poetę fuerunt vt inferius ostendemas. Hoc furore iuua-  
 mur quotiescumq; extra humanę fragilitatis debilitatē deuari, ea cō-  
 templamur, & scribimus quę vel diuina sunt, vel rebus diuinis prox-  
 ma. Hoc, vt mali Poetę abutuntur/ ita perfruant boni. Qui si aliquid  
 sub numeris suis mysteria & vaticinia coelant, nō est quod miremur  
 cum diuini spiritus beneficio participes esse queant. Hinc & vates &  
 prophetę quoq; dicunt. Paulus Epimenidem Poetā prophetā dicit ad  
 Titum. Vates autē a vi mentis dicitur/ quod vocabulum & Poetis &  
 Prophetis cōmune est/ vt quarto sententiarū scribitur distinctione. xx.  
 ad finem. Hęc eo libentius huc affero/ vt multos pertinacitē suorum  
 autorum testimonio confringā. His igitur numine lecti/ quibus multi  
 sine labore repente illustrati, multi vero per laborē/ eo ipso in artibus  
 sine multa difficultate discendis adiuti fuerint, vt in logicis sine præ-  
 ceptore Augustino/ in Graecis Ruffino sapte ingenio intellectis. Id quod  
 & gentilibus cernit/ Diligentiā tñ indefensa nostrę vires semper ita  
 preparandę sunt/ vt dulcissimū illud veri furoris nomen / in agilis &  
 parati animi penetralia promouere videamur. Talem furorē ex sine-  
 dei proficisci, quę neget Hermolans Londinartensi nimis in oppug-  
 nando infelix/ & in vocabulo (simus) interpretando nimis morosus eis  
 tamen totus illic excurfus quid velit aut quas vires habeat, ex supra  
 adductis iudicari potest.

Q. SOLITVDO POETARVM STVDIIS MAXIME  
 OPORTVNA SIT. TITVLVS. XV.



Scriptis habemus: frater/ his partibus quę primę fore cū  
 in omnium ingeniorum tum maxime Poetice probatione  
 locum sibi primū vendicant faciendus est mihi gradus ad  
 Solitudinis commoda, vt ostendam. Vatum animos nullū  
 commodius in rerum inuicem prouidi posse, q̄ in seorsū a Tartaro  
 mortalū cunctis diuerticulo: Quod ipsum & si multi a se tracta-  
 runt/ nihil tamen quod in Poetice aut amorem aut cognitionē te am-  
 plius illucere posset/ hoc tibi dicato libello intermiscēdū statui. Priuū  
 omnium ea solitudo quę Poetę facit/ro quicq; solatio esse possit/ non  
 in Agris tantū & cornallibus sed & in medijs vbi be potest institui etc.

maxime cum circa ea que sunt eterna/etiusq; animus nō occupatō  
neq; sollicitus,liberū sibi a perturbatiōibus quicūq; astruit: quod nisi  
fiat solū esse non dabitur etiā amoenissimos rursus & mentū serenus  
potenti.Nam suspensum molestis cogitationibus animam,nūq; seorsū  
redimat,nulla vnq; amoenitas tonabit molestū aūt intelligo / non tū  
quod timens utroq; scias/q; quod nimis concupiscas: in utroq; enī  
anxietas incit que paratē mentis acumen plus q; dici potest/obtin-  
dere & auertere solentiam vero si quis vrbē deferere non potest & est  
vt suis horis sit solus desiderat/ si animo se liberū facit/si trichitium/  
quod paulo sit a plebeo strepitu remotū ingreditur,si bonoq; codicē,  
& scriptorum multa lectūe familiarū/copia sibi poterit: optabilem  
tū sibi solitudinem apparare potest/ qua non minus q; rursus cogitet,  
& effingat inq; stud dulestissimū Metarū & Apollinis colloquiū qd  
proletarijs & vrbū rerū sequentibus negotiatoribus maxime fami-  
liare est,nec ignobilibus conedendum, summa voluptate fruēdas, in  
qua studij ratione illud oculū locū habet, quod nō laudatū solum sed  
prope diuinis rebus idoneū, si animi prestantiā contuemur / omniū  
negociorum amplitudinē exuperat: in eo enī liberq; mētis sunt locata  
diuercicula. VERVM,quia perq; difficile est vrbem inhabitantē non  
comitari, distrahit: occupari & destinari aliquando cogitationē la-  
bores, non paruum quietis oclq; tempus postulare maxime cū aut  
scribis quid inueniendū aut attentius scribendū est / plus idoneam  
Pocnis esse eam solitudinem video fere omnibus placere, que ab le-  
uoribus mortaliū studijs seuncta, ab vrbe in agrū se conuertit qui vt  
Menander dixit virtutis ac viq; liberę optimus magister est & impro-  
bos odienti/perq; dulcis sedes. Vbi cum sint multa que membris &  
corporis viribus melius comodēt vt est autq; integritas exercitij occa-  
sio/a quantum copia memorū oblectatio: sicutentq; nō nimis exq̄ita  
luxuria, somnus securior/ silentium altius: Animo quoq; ipsi melius  
esse necesse est, qui per amplex & amicos armorū prospectus percip  
illam vegetabilis nascunt sedulitas: statū comploria demurari incipit  
eclumq; ipsum suspiciens/ respēdo & inambulando per virtutum ar-  
bustorum gratū caliginem meditari incipiat, sensibusq; intra se col-  
lectū/ animum potissimū intēdere, illiq; nūc haurire furorē quem  
Hesiodus i patentiis aruis a Masis in vicina memora doctus haurisse  
putatur. Bū igitur Horatius, cum li. epistolę prime inquit. Mihi illi  
nō regia Roma Sed vacuum Tybur placet aut imbelles Tarētum: &  
alibi in eodem libro ad Mecenatem scribens sic. Nec somnum plebeis  
laudo satur alestū nec Octa diuitijs Arabū liberrima mato: Quo in  
loco/ quid vati studiosum deceat pulchre indicant. Vt enim ab illi-  
berali & plebeio ocio/ quo minus torpere solet abstinentum esse, tra-

priori illi, de quo diximus ita inheredū putat, ut vel amplissimam  
dignitatem splendorem illi non preferamus. Idem libro Epistoliarum  
secundo ad Florum / Urbanos strepitus ut importunos incensibus  
studijs excorans, sic infat.

Scriptorum chorus omnis amat nimis & fugit urbem,

Rurē citius Bacchi somno gaudens & umbra.

Tum me inter strepitus nocturnos atq; diurnos,

Vis canere, & contacta sequi vestigia Vatum

Ingenium sibi quod vacuus desensit in Athenas

Et studijs annos septem dedit inermibus

Libris, & curis, flamma taciturnus exit,

Plerumq; & nisi populum quatit: Hic ego rerum

Fuisti, in medijs & tempestatibus urbis

Verba Lyre motura fossam connedere digner

Et paulo supra docerat.

Præter cetera Romæ me ne Poemata censes

Scribere posse inter tot curas, totq; labores

Eam obrem verissime est, Vates tū græcos q̄ latinos, ob illas opor-  
tuit ingenijs solitudinis præstanti, ubertus ruris dona suis carminibus  
celebra se nec aliunde, nec fontibus, nec amantissimis Tempore: tot  
montium in Cæcæ præsertim iugis / malis & poeticiis numeribus con-  
secratis famam accessisse q̄ q̄ in his drambulites Poetæ profundæ  
contemplationū delectationū se obtinere solent / intra hæc ab homi-  
num furorē remota loca cognouerūt. Hinc illa Orphici ser̄ sylvæstria  
domata & prærupta vericium saxa, tam fixatis & surdis etiam robo-  
ribus exaudis cantus. Hinc Euripidis in antro poemata medicata  
durantia seculis erudito & græcitas. Nec dixerit quisq; nisi is teme-  
ritatis vellet accusari, aliquid esse ingenij monumentū qd̄ animi soli  
tarij non sapient acumen. Q̄ si hoc reliquis studijs tribuimus, quanto  
magis dabimus Poetæ q̄ quæ prægrandibus quæstas a monachis, maio-  
rem indubie sibi libertatis & quietis occasionem vindicant. Apud Ci-  
ceronem ab his qui de præstantissimis rebus disputaturi sunt, velle sibi  
guntur / consistantur frondosæ quercus, Jene strepentes aquæ, dolens  
volucrum cantus, amæni agros seculus, ut his tū qui tum stabant  
arboribus, & qui tum fluctant amibus / vna quædam & præteritas  
parata sit per eos maxime, qui omni ingenio suorum vim in solitu-  
dine efficiat vbi sicut Platonem quidem inter densa arbusta, & spa-  
tiosos agros salus de his tū rebus tractasse, quas in usum hominū  
reducitur / certum est ut legi bo, ut R. P. instituitis, & huiusmodi com-  
pluribus. Ex solitudine enim rediensibus quibuscūq; diuinitas quædam  
comes esse videtur / nullisq; prætor fides est q̄ quæ solus & iustus q̄

si cum dijs locutus protuleris. Non frustra est Aegeria in fetibus col-  
locatum simulavit Numa, Nō petiti importune Iouis antra. Cuius  
Mines nec Xamolxis quidem ex specu egrediens suis ingratus fuit/  
cum illi non q̄ dijs propiores crederentur/ q̄ cum eisem soli. Adeo li-  
berum diuini mētis nostriq̄ cum se ipso cōmerciū/ Solitudinis securi-  
tas tollit. In eo enim sola sjs vnica perspicaci & fides est. De his autē  
mihi sermonem esse frater putato: qui sunt boni & generosi spiritus/  
quiq̄ mentis ad lucem non ad tenebras prone. Vt enim illis scriptu-  
ris aliquid/ aut quod scribant cogitaturi/ nihil est solitudine potius  
ita lubricis in vicū/ & ignaris literarum nihil hęc ipsa molestius cō-  
tingere potest: Solendo enim sine literis exiliū est: carere est, & cūlus  
est, q̄ si literas adhibueris/ patria est, libertas est, & vnica mētis de-  
lectatio: Vt Petrarca scripsit, cū sitans & ardens solitarij vitj preco-  
cuius esse quoq̄ versiculus est/ citatus in eius de solitudine li. x. Sylua  
placet Muis vrbe est/ inimica Poetis. Et quomā in Petrarche menti-  
onem incidimus/ non alteram erit propositę materie si amos sum  
in Solitudine tibi apertis descriperimus. EST in alpū radicibus pro-  
uinciam Narbonensem spectantibus/ loco qui vulgo Vallis clausa di-  
citur, fors illius atq̄ nomine Sorgia/ qui miro sūq̄ nature dicere/ e  
specu quodam remotioris precipitiū tanta vndarum copia redundat,  
vt statim plenus & iam sui potens animis esse / optimeq̄ pisci ferax  
incipiat in Rodanem tandem post multos repitiū ambages lapsus:  
Ad huius originem Petrarca aetate adhuc iuueni, casam statuit, q̄  
sibi ab omni perturbationū castris exaudorato, tanq̄ militi vetera  
no tranquilli oclj sedem faceret, vbi multis annis paruo prelio qd̄  
cōmerat contentus, & Agricolę sui laborū & mōij participes viri  
egit non frugalem tñ sed & sanctā, Scripsitq̄/ cum ab orando & con-  
templando ceterum esset. Scipionis gesta poemate quod Africa nominat:  
Bucolicū item carmen & epūclas complures, multo vero opus  
pulcherrimū ad Philippū Cavaleriensem Episcopū de vite solitaria:  
in quo adeo que mundi, quoq̄ studij sunt fragilitatis & ignorantie,  
contra adeo verum rectumq̄ tuetur / vt dubites hominē te agnos-  
cas, an quē homine maiore: tanta constantia est, tantus ardor, copia  
tantav̄ inuicem argumentorum & rationum fidem precereamus.  
Frequens vero accisus inclarum est/ in eum locum quo sanctissime  
vite puritatem sceleris faso, terminavit, nec dubii quin procedentib̄  
fretulis hęc sūq̄ solitudinis sedes plus indies religiois & estimationis  
sit habitura. Scripsit in hanc de Petrarca sermōi Ioannes Bocaci-  
us, quasi iusta maxime merenti precepisset solaturus. Videte te iam  
exilium frater: quid ecclesies animi debeant monentem seruis: nec  
quancumq̄ fomentis ingens studiosq̄, ex illo tranquillo vitj ocio acce

dat (Nolim tamen quasi Pythagorici silentij severitate preferberent  
eū qui Poeta esse velit, semper detestare, & ab hominum cœtu sicut  
Mylantropon quēpiā aut Timona abstinere, esto illud cōplices ege-  
runt: Nam in mortalium cōmercio nō tam est pulchrū discere q̄ docere,  
ideq̄ cōtinē facere multis, quod privata excuderit dīlgētia: q̄ modo  
( ut Cicero li. officioꝝ primo scripsit) multi ex philesepthis, eū eī vitæ  
partem delegissent, qui in contemplatione & inquisitione veri versas/  
suum octium quasi ad mortaliū negotia conuerterunt, ut in Platone  
cuius Academia q̄q̄ ab vrbe Atheniensī aberat magni tū rerū gest  
darum fructus, ex illa in R.P. atticū serchantur, Non quęitur q̄ in  
vrbe sit Horatius, sed q̄ cum ad scribendū in vrbe pro uocet Florus:  
Ennio scripturo solitudo in Auentino fuit, ex rebus vero gestis quicq̄  
cognituro, nihil fuit maximoꝝ ciuū cōcreto & familiaritate potius.  
Q̄ si qui fuerit, aut fuit hodie/ quibus in summis negotijs aut animi  
affectu perturbandis/ carmina excidant laudē merentia: id ipsi in-  
genij tribuunt beatia/ cuius vehemētia tanta sit, ut vrgentibus im-  
pedimentis non suspendat, tanta constantia & securitas ut in media  
etiam Negotiorum molesta sola p̄se videatur. Id ipsum non possunt  
non fateri/ melius habere quibus ocio scribere datum sit/ q̄ quibus  
negotio. Plī. Cæcilius tanti fecit ruris secessus, ut venantibus etiam/  
ad cogitandū multum loci p̄sio esse crediderit, Nostri hanc ex primo  
li. Epistolę/ verba dicit ad Tacitū. Non est q̄ contentus hoc studi  
di genus: mirum est ut animus agitatione motusq̄ corporis exciteur  
lum vndiq̄ sylvę & solitudo ipsūq̄ illud silentiū quod veratū dā ē  
magna cogitationis incitamenta sunt. Proinde cum venerabere, lice-  
bit auctore me, ut panastū & lagunellū sic enā pupillares seras: Expe-  
rientis non Otianū magis mētibꝫ q̄ Minervā errare. Hęc Tacitus.  
A cuius tū sentētia preceptor suus Fabiꝫ Quintilianus longe abdiit  
Hic enim lib. iiii. in finem suarum docimo inter alia q̄ de modo & scribēdi  
ratione doctissime disputat hęc verba habet. Dentip, ut semel quod  
est possissimū dicam/ secretū quod distando p̄nt/ atq̄ liberū arbi-  
trio locū & q̄ altissimū silentiū scribētibꝫ maxime consumere nemo  
dubitauerit. Non tū proinus auditi sunt: qui credunt aptissima in  
hoc nemora sylvę q̄q̄ illa cœli libertas locorumq̄ amoenitas/ suble-  
uem animū & beatorem spiritum parere: Mihi certe iucundus hic  
magis q̄ studioꝝ hortator videtur esse secessus. Namq̄ illa ipsa que  
delectant, necesse est aduocet ab intentione operis desinat. Neq̄ enī  
se bona fide in muka simul intendere animus cœli potest, & quocūq̄  
respexit desinit intueri quod propositū fuerat. Quare sylvę amœ-  
nitas: p̄terlabentia flumina & inspirantes ramis arborū aurt/ volu-  
crūq̄ cantus, & ipsa late circūspiciendī libertas ad scribēdas: vt

nihil remittere potius voluptas ista videatur cogitationi? Quod insidere  
Hactenus Quintilianus cuius sententia & Horatio refragari & nos-  
tris paulo ante absentis ederauenire videtur. Sed memoris Quintili-  
anum Oratorem instituire/nō Poetam, dicimus vna Oratorem, qui  
terū vrbamarū administrationi semp esse proximus debet, meditari  
& scribere, maxime vero ediscere in solitudine vrbana cōmodius pos-  
set, q̄ fortassis vllis in agris, tum q̄ cum ciuilibus negocijs interdis ne  
ediscere tum etiam: q̄ memorię in clauso aliquo priuatis parietibus  
silento, ad id hauriendum: quod statim presente contione effundat,  
rectius consultatur. Impedit enim ediscendi studium/quequid pulchrit  
aut amoeni sensibus offertur. Demosthenē igitur isti potius imitabū-  
tur, qui eod. Quintil. autore ) se in locum ex quo nulla exaudiri vox  
poterat, & ex quo nihil prospici posset, recumbebat: ne aliud agere,  
mentem coherere oculi. Imo etiam, vt equū bellicis vrbibus apū cum  
tonat est, ad tubarū clangorem exercitus, vt videlicet absens factus pro-  
uocente potius Martio canone/q̄ noui sonitus horrore absterreatur  
tra sele suari orationes ad summum populi strepitum absens factus/  
in gratium contentionū certamina preparabunt: Cui simile & De-  
mosthenē fecisse constat/qui litore quidop in quod se maximo est  
sono fractus illideret, meditans: confuscebat: conueni fremitus non  
expaurescere. Sed alia multo poetę fors est/alta studij suorum ratio  
quem quidem non ea gratia in rus delinamus, vt sele libertate & a-  
menitate locosq̄ oblectet, sed vt in naturę quasi quodā diuersorio in-  
ambulans, meditationū altiorum quiete/sonibus etiam intra se cole-  
lectis/oportune delinere queat illic bona mora/ & libero a foren-  
sibus causis animo partū qui vndeq̄ polatur ematur etc. Deniq̄ or-  
ratoris cogitatio vbiq̄ est sibi in media contione & frequēti hoim  
confessu laborare videt, cernitq̄ etiam absens, quos aut accuset aut  
torat, laudet aut vituperet, nec unq̄ si quō bonus est, Orator sine rei-  
publicę memoria esse potest. Poetę conatus esse de hominum etiam  
rebus gestis tractet, & calamo corū effigat studia, qui sibi ex rebus  
ad R. P. inco limitant aninereibus supremū glorij peperere nunq̄ tū  
hoc pulchritus agit q̄ cum solus est, nec a deo anxie vt magnū in mul-  
titudine sue paltrę glorij statuat: non ore/ non gestu/ nō sagigatione  
laicorum conspicuus: sed sui ipsius per ingenij monumenta fidus con-  
solator/gratus virtutis p̄ce, vehementerq̄ vicloq̄ expolori: & solitu-  
dine nemorum dignus artifex/vbi moueri animos nostros in res di-  
uinas vehementer, nostrę quoq̄ religionis magni viri docuerunt: vt  
Paulus & Anthonis: Hieronymus & Chriostonus: aliq̄ innumer).  
Ambrosius in libello quō de bono mortis inscribit / Sept: ait: solitu-  
dines captamus, ne cuius sermo nobis auribus insurreret, & quasi  
scimita

quandam insipienti cogitationi animi abducat a vero atq; ab intentione reflectat. Refertur sunt Hieronymi Epistolę solitudinis laudibus. Bernardus inter amicos solitus fuit dicere intellectui sacras scripturas, se in sylvis & agris meditando & orando accepisse: nec vlos alios habuisse preceptores præter quercus & fagos. Cyprianus in Epistola ad Donatū de Conversione sua, solitudinis cōmoda perpulchre cōsidat. Cornel. Taciti verba coronidis loco subiungū: que in eius libro de genere eloquitię non corruptę leguntur. Memorabit & luci & secreti ipsum quod. Aper increpabat, tantam mihi offer sit voluptatem, vt inter præcipuos e arminū fructus numerem: q; nec strepitu nec sordē ante hostiū litigatori, nec inter sordes & roę lachrymas componatur sed secedit animus in loca pura atq; innocentia fructusq; salubris sacris hæc eloquitię primordia, hæc penetrata theoprimum habita cultusq; cōmoda mortalibus, Sin illa casta & in culis cōtacta vicis pectora influxit. &c. Nō ignoro frater in huiusmodi rerum tractatione non semper cōmittre posse inter arbitros: cū suum cuiq; caput sit & sua sentia, idcirco aliter se ego estimē, sentitibus, illud Persiciū adducam. Mille hominū species & regē discolor vultu/ Velle suum cuiq; est nec voto viciū vno: mihi certe solitudo suis horis pēta, adeo probatur in studiois: vt nihil magis.

## DE GENERIBVS FABVLARVM ET ORIGINE

atq; inibi quantum fabule prosint.

### TITVLVS. XVI.



**F**abularum usus, cū frequē variis & peredebris existat, nec vltis alijs doctrinarum professoribus ea libertate qua Poete luxuriare solent concessus, hoc loco mihi tractandus est: frater: vt & in ea parte, a qua Poetas prima laus proficitur, & in qua potissima ignaris. Verumq; hostibus amuloteris laecendi ansa pōita est: nihil te, quod ad grans tuę institutionem gerere visum fuerit lateat. Initium autē ex Macrobię sentia, faciemus qui indignis sane scriptor & de clarissimas rerum veritate non parū meritis, libro somnij primo, cum Fabulam a falsi profusione ductū dixisset forte q; per eam res aliter narratur: q; vel gesta est, vel geri potuit, vel naturę veritas admittere videbat. Omnem eam bipartit, vt videlicet, aut voluptatis auribus conciliandę gratia, aut adhortationis in bonū frugę reperta sit, prioris generis Comœdiam facit & cōsimilis argumenti fabulas quarum in numero amatorię sunt, ab Apuleio quoq; fręquenter tractata. Hoc totum fabulę genus e sarario suo: inquit: in nutricum cunas sapientię tractatus eliminat.

Genus autem harum fabularum quae legis intellectum ad quandam virtutis speciem hortantur, secundaria discretionem duplex facit. In quibusdam enim argumentum ex ficto locatur, & per mendacia ipse relationis ordo contortitur: ut ille sunt Elopi fabulae elegantiae fictionis illustres. At in alijs argumentum quidem fundatur veri soliditate, sed haec ipsa veritas per composita quaedam & ficta profertur, hanc non iam fabulam sed fabulosam potius narrationem vult vocari: ut Hesiodi & Orphi caeremoniarum sacraeque de deorum progenie/ asu ve narrantur. Huius divisionis partem alteram, quae scilicet de falso concepta per fallum narratur, a philosophiae libris alienam esse existimata. Alteram partem rursus subdividit. In quibusdam enim id genus/veritas argumento subest, solaque sit narratio fabulosa, quae quidem aut per turpia & indigna nimirum ac monstro similis exponitur: ut in Saturni fabula pudenda Cecelo patri rescindenti: quod genus totum inquit philosophi nescire malunt. Aut saecularum rerum notio sub pio figmentorum velamine/ honestis & recta rebus, & vestra nominibus enunciantur: hocque solum figmenti genus est, quod cantio de divinis rebus philosophantis admittit. Pulchre admodum & scite Macrobius in hoc proferum proposuim ut ostenderet quae fabulandi ratio cum Poetis, etiam philosophis communis esset: ne aut temere Plato & aude eius Cicero in Republicae praecipuis fidem rerum sibi ex fabulis vendicare viderentur. Nos tamen totum tibi earum rationem proponentes, ita discerni in fabularum iudicio debere existimamus. Ut Fabulae omnes quae sincera descriptione/ nec lascivae mollicie, aut rerum indignarum lectione levitate conspurcata, qualiscumque lusu a Poetis traditur/ non iucunde solum & graeque auribus verum etiam frugiferae estimantur, siue argumenti sint falli & sibi relictis, siue verisimilis. Nam si quae sunt quibus inesse solius oblectationis linimenta videntur haec certe & viles erunt, ex eo quod iucundae sunt, sepe enim per quae frugifera ea est animi exultatio atque hilaritas, quae ex rerum cum lepore scriptarum iucunditate percipitur. Omnes autem fabulae/ quae animi levitate & libidine in obscenos lusus nimis patri per eum nonnullorum abusu/ quae supra culpamimus, in carmine turresunt, nec viles nec iucundae poterunt, iucundi praesertim grati, cuius est/ ea statim honestatis & morum iustitia sequi/ quibus ut iactis fundamentis/ magnasque virtutum magnitudo tuto superimponi queat. Quae circa malum mihi delirare videntur/ qui latinitatis in his, elegantiaeque fructum exquiri posse, qui pro fit pueris arbitratur: cum haec aliunde honestissimis & locupletissimis argumentis suffarcinata perfulgeat: nec eget quidem corrupti testis patrocinio, quae tot maximis & candidissimis numeribus vindicata alicui iuuatur & defenditur. Rudiculum est gemere iucundis cito rem male



in arte quopis rudi, q̄ in auro spectare: cum illic sola splendat hinc tunc  
luce materiq̄ iuuetur. Properea: mi frater Melchior, nec de Priapo lo  
eos lufusq̄ leges: nec Palisphaes mōstrofum amorē, & alia huiusmodi  
vt sunt nimis quandoq̄ spurca, obtrantis apud Apuleiū Afrii farta  
demonstraberis: ob eī maxime causam q̄ ingenitis adulescentibus hanc  
fugienda ex his quę dico intelligis/ q̄ q̄ bonis tener animus imbuen  
dus est, ne coalescentibus in iuuentute quę sunt leuis: prouectus ad ma  
tuitatē imperus co-ereri, frenariq̄ nequeat. FRVCTVS AVTEM  
fabularum decetū non idem, nec vnus gradus existit, vt enim non  
acut aut exquilitē aut prestantes sunt fabulę, ita nec profunt equi.  
Nam in his quę argumento ficto non verisimili consistit, vt Elopi Apo  
logis factus sunt, ad morū & omnino vię nostrę institutiōem mirē cō  
ferentes: huius generis fabella est de Calista, pullos transferente, qua  
significatur ne quid amicos expectemus quod per nos ipsos facere  
possimus: perq̄ testuiter a Gellio libro suaq̄ notūm ficto relata.  
In verisimilibus autē & ex medijs mortalū studijs depromps argu  
mentis, quibus Comedię Tragedięq̄ consistant: ex his quę supra dixi  
mus parē fructum esse intelligi potest. Nam autore Donato quid se  
quendū quid fugendū sit addiscimus. His accedunt quę rem veram  
narratione ficta cōtinent, vt ex morte suscitati hominis apud Plato  
in lib. P. de rebus ad sollicitatem pertinentibus fabula, & ea quę  
de virtutum premijs deq̄ bonorū celesti vita a Cicerone per Somni  
antem Scipionem, explicata sunt. Viriusq̄ generis fabulis Lactianus  
clarissimus philosophus adeo frequēter vtitur: vt dubiū an Apologo  
rum vsus a philosophorum libris alienus sit, vt Macrobius putauit.  
ID CERTVM EST aliud esse generis, & ad verū fabularū originem  
propius accedere, quę verborū & elegantie inuolutio, res continēt &  
sensūs habent ad hīstoriā, phisicā ut, aut Diuinā: rerum intellec  
tum pertinentes cuiusmodi sunt fere omnes quibus vsus est Varū ver  
tutas. Vt fabula Phætonis historica est: i eo enim tempore quo ipse  
in Aethiopia rex fuit, sole inuicem exfluante/ magna terris incoem  
moda accensere. Autoribus Orozio & Eusebio: Fabule item Herculis  
vt superatq̄ Hydra. Gertoris deiciēti Caci opprēssi: & alię huiusmodi  
historice sunt. Phisice autem claudi Vulcani fabula in Lemnon de  
iectū/ Iouis fabri, & Martis in Venere amor. Tota de Cupidine &  
Venere tractatio. Horatij ad celi fores excubitiū descriptio vt apud  
Homerum libro Iliados quinto. Mentio de Chao. Nympharū omniū  
explicatio phisica est. Diuināq̄ vero rerum fabulę Orphico & Helio  
do peculiare sunt, deinde autē & antiquis reliquis quos theologos  
fuisse cōstat vt in sequētibz aperiemus. Accidit autē per sepe vt sensūs  
allegorice cōmodis/ fabularū nō nullis figuris ita accedat, vt eū de

in haec tria intelligendum Poetæ disposuisse videntur, quod si quidam  
contingit/ opera impendenda est, ut hic sensus qui per se verba ferunt/  
priorum locum habeat, secundo vero loco Allegoria ita nunc que pō-  
ter vilitatem, si magis gratia est, cum ex verbis ad id alludendum  
emanare videtur: ne extorta potius aut interpretantis libidine indu-  
tam tenere quis existimet, quae res multum fidei & auctoritatis huius  
sensui admittit. Ut obiter istos infensam taxem: qui nescio quo cōmo-  
ditatis studio, omnes Ovidij fabulas/ ut ipsi dicunt ) moraliant/ sen-  
susq; adducunt mirum alios, quos nec verba admittunt, nec ratio  
fabulae patitur, qui sibi maiorem malo sanam parentem, si seorsum/  
quid agendum quidve fugiendum foret pericribere ad inuitam sensu  
tiam fabulis non coactis, ne sibi nimium placere, potius q̄ prodesset  
alij viderentur. Videat isti Fulgentij videant ceterorumque Hec-  
catis, & cognoscant non esse in liberos sensum egrissus, idoneas  
fabulas. Idem Macrobius ostendit. Idem Lactantius Platonicus Alle-  
gorijs Maronians summa eruditione & gratia, in dialogis Camala-  
dulensium disputationū de promptis Allegorijs pertinens admittit/  
exempli gratia, Euridices fabula. Accollit in ventos imperij Sybillę ad  
inferos cum Aenea descendit. Amens rarus, apud Virg. idq; genus  
apud alios quoq; innumera in quibus omnibus interpretationis tem-  
eritas admodum est odiosa. Ac nescio an solis philosophis/ aut his qui  
omnium doctrinarum peritij habent concessa sit, melius his erit aut  
evidentius potest nemo. Quis eni aut pulchrius unq; aut doctius rem  
de Parcis veram que Poetay fabulis adeo exornata est, explicare po-  
tuisset q̄ eam dicitur Plato in lib. de R. P. decimo explicare in quo  
quidem aliqui permulta rerum Poeticarum obscuritates modeste  
passim eius opera perstramentibus obtuli sunt. Ioannes Picus Miran-  
dula dominus mythicę fabulay & veram interpretationem, si mors  
immanura tanti ingenij conatus non interceptisset scripturus erat, in  
qua via re quantum studiosis literay calamitatis accesserit indicare  
possunt quibus rei insuper difficultas cognoscitur: potuisset ille q̄-  
dem omnium optime cum nullum doctrinay esset genus quod ipse nō  
intellexerit solum, sed & exornauerit: quod paucissimos esse enī isti  
qui sunt multi asserunt. Nunc ad consilia redeo. SCIO, quosdam Poe-  
tarum studia culpate solere, quod rerum illustrium cognoscere q̄ si  
inuidia correpti planis verbis & aperta sententiay expositione tra-  
dere possent, noluerint sed ambagibus ea que reliquos scire nolent/  
de industria occultarint, id quod ipsi minus crederent si de fabularū  
origine paulo alius erudirentur: quas consistat veritatem verborum &  
figurarū/ amoto involacro, non Vatam delidia aut animi leuitate  
luxuriare cupientis sed honore potius & rerum reuerentia atq; cōsi-

in auctore insinuisse, ne id quod scripte natura, aut diuina, aut alio qui  
fidele, longisq; laboribus ex naturę maiestate per hominum animi ser-  
uiditatem exprostratum esset, in rudes animos sine simplicitatis p̄ceptis  
demissum, profano potius errore coinquinaretur q̄ prodesset. qd̄  
plam/pausi essent sunt mortalium quibus scripta a sensibus veritas  
grata esse queat: eū fere omnes sensibus imitamur utpote his, quos  
aditorio moda nostri intellectus ratio vel a vitę primordio imbutis.  
Hinc in illo/ fabulis non solum grati am sed & honorē accessisse potū-  
dum est: quod res cogniti & percepti admodū difficiles ea ratione  
plebeis animis proponunt, ut hi quasi per picturā quandam id reti-  
neant, quod alioqui dicere non poterant: quod idem & in rebus re-  
ligionis nostrę picturę partes habet, in quibus artifices mire luxuria-  
te, & per colos; varietatē multa aliter q̄ ipsa habeat veritas aspectū  
proponere solent, ut vestitos in codis decobarbatū in diem patri-  
inauratis vestibus apostoles indutos: qui ab auri nitore longissime  
abstinerent. Virgines item & matronas, plūsq; dici possit moliter orna-  
tas: & huiusmodi compluria quę tū casibus tendunt, ut vulgi oculos,  
quibus veram terrefrū climatio gratiā facit, in rei veritatē & eu-  
demum deducant: amorēq; iustissime diuinis debitum pronocent:  
& ex reliquijs, auro, argento, gemisq; & odoribus, exornatas sanc-  
titate, suam mentem in fidei & virtutis p̄mulationē corripit. Quod si  
pictorum & scriptorū incredibilia & ad viciū culpā luxurians libertas  
nostris templis admittitur, habent immunitatem quacūq; licentiā  
quis pinxerit/ dummodo imago bona salte parte rei respondeat: quā-  
to magis. Dī boni: in recte iudicantium animis honestus & frugifer  
bonarum fabularum vsus, locum libertatēq; obtinere debet: & quarū  
finis erat, rebus sacris ne omnino nudę spargerentur honorem sacre  
exornatis sensuum velamentis, simplicibus aut animis inferibilia q̄  
ea quę sunt sensus prouisi pacifacere aut si diuinitas vel difficultas  
postulasset omnino occultare: cuius causa iam a me refertur. Noctē  
hoc fratris doctrina sua fecit Saluator nobiscum: nō omnia allego-  
rijs parabolis & exemplis a ceteris mortalium negocijs deprom-  
ptis plena sunt: Cernamus diuinissime sanctę traditionem Ioannis  
in libro qui Apocalypsis hoc est reuelatio dicitur: quid est quod ex  
eodem ipso deriuatū imaginibus ornis acceptū & expressum non sit.  
Legamus matorum prophetarū oracula, an quisq; est qui nō figuris  
& imaginibus doceat: Deniq; totum vetus testamentū, typis & aliud  
fere significandis imaginibus refertum est: allegorijs aut & trans-  
lationibus omnia in eodem plena. ID TANDEM, introspiciant scri-  
uoli cauillatores & agnoscant an decemtisq; fictionem & fabulę  
origini detrectandū sit: quę licet p̄ leuē abasem in oblectana, frivolaq;

non nulla collapsa videatur in multis, non tñ est q̄ propterea fabula  
 rum rationem quis vt dumbem & diabolicam (vt abozq; verbis vtar)  
 eliminat. Improbandi sunt qui bonis male videntur, Bonũ quod vltimũ  
 sui semper optimũ vellet, in crudisq; animis perpetuo laudis fignozq;  
 particeps esse debet. Postremo non frustra Porty (autore Macrobio)  
 nec vt oblectũ tantũ se ad fabulosa eduertunt. Sed q̄ a feturi inimicũ  
 esse naturę adpẽtũ rudiq; expolitionẽ sui, q̄ sicut vulgaribus homi-  
 num sensibus, intellectũ sui vario rezq; tegmine operis, itozq; subtraxit  
 ita a prudentibus arcana sua voluit fabulose tractari/ sic ipsa mythe-  
 ria figurarum curiculis operantur ne vel hęc adpẽis nudam rerum  
 talium se natura p̄beat: sed summatibus tñ viris sapientia inter-  
 prete/ veri arcani confijs, edomũ sint reliqui, ad venerationẽ fignozq;  
 defenditibus a vilitate secretũ. Plato ente de diuinis rebus aut a scri-  
 bendo superedit aut si quid scribendũ instituit per enigmata scripsit.  
 Pythagorę morem imitatus qui magna sine dubio ratione motus, in  
 secretarę rerum traditione adeo diligeũs fuit, vt suos etiam per quin-  
 quaginta silentium probavit ant tacere possent nec nisi tñ laboriosi st-  
 portis difficultate cognitos admiserit. hõem comertaria quẽdã pauca  
 quibus res quãdã secretior es diuinioreq; literis mandauit. Damsẽ  
 filij ea lege concessit mortuus, vt nõ nisi hęc discipulis secretitate  
 probatis patefaceret. Scripsit hęc Bessarion libro resuscitationẽ primo  
 contra Platonis calumnias atoz es quem pius nosset tunc alit nostrum  
 dixero, cuius lectioẽ adeo oblecter) consecutus. Veterum sapien-  
 tium celebrẽ institutum fuisse ait, vt res diuinas aut plane non scri-  
 bere, aut scriberem dissimularer. Eamq; ob rem Plato ita inuo-  
 lucris enigmata, fabularum velamine/mathematicis imaginibus, &  
 subobscuris recedentũ sensũ iudicij sua dogmata occultauit, vt &  
 ipse dicit in epistolis nemini ex his qui scripserit suam sententiã de  
 diuinis aperte intelletus. Leges eius ad Dionysium Epistoli & intel-  
 liges quanti rerum diuinarę mysteria fecerit: in ea etiam circa medi-  
 um Ad Dionysium de diuinis quæstionẽ, hæc verba sunt, Marfilio in-  
 terprete. Diebdum est igitur tibi nõc per enigmata quẽdã, vt si quid  
 huic tabellæ vel mani vel terra contingat/ qui eam legerit intelligere  
 nõ valeat. Proinde vt ad nostrã necem perueniamus / cõstat Moysen  
 eius legis quam sibi dominus tribuit, sensum literalem solum ex dei  
 p̄cepto populo edimicasse, Spirituali alit ex dei p̄cepto nõ scri-  
 psisse, sed sapiẽtibus solum qui erant, hæc edimicasse quibus itell  
 p̄ceptũ fuit ne ea scriberent, sed sacerdotibus suis vna voce trade-  
 rent: nõ & illi alijs, sic eodem ordine. Ex quo sciencia Cabala, recep-  
 tionis dicta est, quę de ore in os non literarum monumentis sed veris  
 erudientis doctrina mitebatur. Solus Esdras ( vt ipse de se testatur)

Insuper  
 P. 10.

abala

gentis Iudaicae captiuitate motus ne ordine intercepto hęc diuina tra-  
ditio periret, literis mandata decreuit, quę tñ deinde nõ nisi sapien-  
tibus communicaretur. Quorsum hæc frater? Nisi vt intelligas adeo  
uocatus diuinoq; masculant occultatã quocũq; modo fuisse, vt ex me-  
morie thesuro depreßi in volumina traduci noluerit. Leges aliqui  
Picum nostrũ de hac re questione quinta Apologie, & intelliges fabu-  
larum verũ originẽ nõ comẽdabile modo & rationis plenã fuisse, sed  
etiam maioribus nostrę religionis patribus adeo in tradẽdo victorũ  
vt nihil magis. Audi Crisostophori Landini sententiã, quam ipse de fa-  
bularum ratione scripsit reliquit h. Camaldu. disputacionũ tertio in  
hęc verba. Egregiũ omnino (inquit) iusentũ & cõtinuata deinceps se-  
rie semper retentũ vt non modo poete verũ ceteri quoq; scriptores/  
quicũq; rem aliquã maiorẽ literis mĩdaret, eam varijs figuris/  
varijs figuris integritatis obscurarent. Putabant enim fore si nego-  
cium difficiliss redderet: vt & que scripsissent, maiorem esse digni-  
tatem auctoritatq; habitura, & qui percipissent, quoniam non sine  
labore atq; industria id asequerentur, ea plaris esse facturos, maio-  
remq; inde voluptatẽ percipientes, si, que ipsi teneret, minime sibi cũ  
indocilis cõmunita essent. Hac igitur ratione, a sanctis sacrifq; rebus  
profanos arebit, non inuidia moti sed vt aliquid inter solertẽ atq;  
incertũ discretũ appareret, cũ nõ idem octulos quod studeus aseq-  
ueretur. Sic eni p̄mia que doctũ debetũ solis illis proponeban-  
tur, & ceteri quĩdã artibus si quĩdo reliquis nõ proficeret niterentur/  
summo opere accõdõbãtur. Difficultate eni & inopta rei / mortalium  
ingenta acũtur. Vincitq; omnia labor improbus & duris virgẽs in  
rebus egestas. Hactenus Landini. Qũ licet supra adductis nõ nihil  
diuersa esse videtur: cõsona tñ, in magnay; re; per figuras occulta-  
tione, & maiorẽ solidi delectationẽ, & re; ne nodũ vulgaribus honorẽ  
& dignitatẽ obseruatã fuisse indicet. Absẽt illi igit in malã partẽ qui  
Poetas mĩdaciõq; infamãt, qui p̄ter re; corticẽ nihil vltra intel-  
ligentes ex his que sensibus nõ obuia sunt iudiciũ faciũt. Cũ ad cog-  
noscedũ magnas arduasq; res iquit. Vni gustoperteat lactes cor-  
lataq; eoz; que dicunt rãtides intro speculari p̄sarẽq; vim omniũ  
cãstigato lãge ac perp̄sõ exãmie iudicij, ad quod penetrãdũ malla  
hebetis & crassi vulgi vis q̄ntilibet magna & acris sufficere potẽt.  
Hęc de fabularum vilitate & origine tibi frater satis factus iussit,  
in quibus rectiorum testimonio eo libentius vñs sum quo mihi cui  
deuotior esse videtur: multis fortassis id meũ consiliũ improbatu-  
ris. Sed delicati mihi nimis, ne diũ morosi ingenij viderer, qui scrip-  
tores quos legant annis potius quibus premuntur q̄ eraditione &  
dãstina quibus perfulgent: estimare soleat. Plũ certe nõ cogitãtum

testimonijs iuuit, qui paulo ante se fuerit, sed etiam horum quibus  
fischerus fere fuit. Nunc ad reliqua transibamus.

PRIMOS POETAS THEOLOGOS FUISSE

reuerſe ad naturam pertinentium ſtudioſos.

TITVLVS. XVII.



Oeter vetuſti in nulla re magis verſati ſunt / quam diuina  
& naturæ arcana cõmuni cum philoſophis labore ſerua-  
tati, ex utroq; carminibus ſuis vberem materiam, & quali  
theſauros quosdã precioſiſſimos, qui numeroy & pichung  
venuſtati miro artificio ſubſerent / cõquiſuerunt. Quæ res ſuperiori  
tulo indicata, hoc loco per exẽpla digna fide, & grauib; probata  
ſcripſeribus latius cõmonſtrãda eſt. Primum omnũ Aſioides eũ  
ranta recentioribus noſtre religionis autoritas eſt. Heſiodum alioſq;  
Poetas qui deos cecinere, circa Theologiã verſatos ait li. Methoroſy  
ſecũdo. Idem in præſantẽ Methaphaſicoſy, ſicue illa potius Theophrã  
ſi eſt; Philomirã. i. fabularum amatorem aliquatiter philoſophum  
eſſe, q; fabula ex miris conſtituatur, nihil aut plus mirum eſt, eo qđ  
vel ad deos vel naturæ arcanum pertinet. Idem li. primo, vetuſtorum  
de rerum principijs varias ſentẽnas relatione complexus / fabularũ  
ſentẽnas cum antiqua Theologia quadrare oſtẽdit, de Oceano & The-  
tide, ſcribens quos generationis parentes multi eſſe voluerint. Prete-  
rea & Heſiodum primũ de Chaos ediſſeruiſſe, cuius hos citat ver-  
ſus: Ante Chaos poſt hoc facta eſt latĩſſima telos, Quicq; alijs decus  
eſt diuis: deus ipſe Cupido. Quem tandem carminibus ſuis Anaxa-  
goras imitatus dixerit amorẽ ex deo genitum / hoc verſu. Cunctoꝝ  
ille deum primum produxit amorem. Alijs quoq; in eodem libro He-  
ſiodum / antiquũ & popularem cõmationẽ ſecũtũ, terram ait primũ  
corporum factũ eſſe. Quo in loco licet Auerois Ariſto. interpres He-  
ſiodum potius in legibus ſerendis virum famigeratum q̃ in philoſo-  
phijs præſantẽ ſtudijs fuiſſe dicat, Bene tñ interpretãtib; & huma-  
nius q̃ ille fortaiſe fecerat inroſpiciẽtib; videre licet, philoſophic  
hos ſanctiſſimos vates cũ primis fuiſſe ſtudioſos, ea q; calluſer que  
nec proſtrita nec ſane vulgaria fuerũt. EVSEBIVS, illuſtris ſcriptor  
& a deo noſtris acceptus / vt vbi ipſe bene ſentiat ſibi nemo ſenſiſſe me-  
llus videatur: in lib. Euangelicæ preparationis tertio: multa ſecre-  
ta & vere myſtica poetas ſuis fabulis comprehendẽſe ſcripſi reliq;.  
Apud quem cap. ſeptimo libri decimi quarti, magna Orphi & Ariſt  
preconia ſunt. Carminibus vtriuſq; de deo optimo max. cunctq; ipũ-  
nũs potentia / citatis & adſcriptis. IOANNES Gerſon, clarĩſſimus  
Theologus

Theologus, in Poetica vero & bonarum literarum studijs summa cum  
 oblectatione versatus, in lectione super Marcum secundo, Apud Gen-  
 ules inquit Poeta pro Prophetis & variis atq; Theologis habenda-  
 tur & Poetes eorū, sicut met aphoricas locutiones, veritate continētes,  
 oculos tamē auerant. &c. Constat enim Orpheum prorsus ea que  
 de naturā sacris suis numeris inscriuit, multa de Deo, multa de An-  
 gelis, multa de incorporeis membris, multa de animis humanis des-  
 cripsisse, Præterea & unum deum esse, ut supra docimus: eundemq;  
 ubiq; nec vltis locis aut temporibus describiti, Omnia agere, & ser-  
 uare omnia: in omnibus operari / idq; omne quod agit, per id quod,  
 ipse est agere, ac seipsum primū deinde cetera intelligere. Quis neget  
 hunc Vatum diuino munere veq;, Perseuisse animo, iudicij interna  
 securū, Nouisse æternū: frater summa arce Tonantē. Qui solido rerū  
 dispersat lata timore (ut obiter etiā numeris utar) Nam si secundum  
 Apostolum, Omne veq; a quocūq; dicitur a spiritu sancto est & quan-  
 to magis a spiritu sancto illud erit verum / quod sui investigationis  
 acuminē ad vltimū veritatem que est circa diuina conserendū: Quicūq;  
 sunt multi, qui hunc continendū continent, in quos numero Lactans  
 est: Orpheus tamen plures fuisse cōstat, ut omnino iudicio inter ipsos  
 & discernere opus esse videatur, anteq; aut conueniat quispiam aut  
 culpet. Strabo li. Geographiæ primo Poeticā primū quandī philoso-  
 phiam fuisse testatur, que nos ab inuente arte ad viuendi rationem  
 adducit, que mores, que affectiones edoceat, que res gerendas cum  
 inuendit arte præcipiat. &c. Quod Horat. li. Epistolarū primo in Homē-  
 ro indicauit, cum dicit, ad Lolliū. Qui quid sit pulchrum / quod tunc  
 quid vtile, quid non, Plinius ac melius Chrylippo & Crantore dicit.  
 Et car hoc credat multis versibus præsequitur. Duo nostrorum tem-  
 porum græce & latine eruditissimi scriptores, Angelus Politianus:  
 & Antonius Codrus, cōtāmissimē tuerentur, iustam philosphiæ partē  
 esse que Homero cognita nō fuerit, idq; ostendūt multipliciter, apud  
 utrumq; enim huius Diuini Vatis memoria dignæ laudes extant. Bes-  
 sarion Cardinalis h. confutationi tertio. Homerum ait, siue benefe-  
 cio naturę, siue a Mose propheta edochum sapientum iussenti, qui Athē-  
 appellabat suo poemate manifeste complexū fuisse. Qu. si primū esse  
 codrus / diuino muneri tribuendū est. Et secundum, Theologū fuisse  
 nemo negauerit, quem Aegyptiorū disciplinā in carmine orculasse  
 suo, multa fidei scriptores indicauerunt. Quis verō nescit Latinū Thee-  
 banūm Solis & Lunę carius, animatūq; ac fructum generationes  
 poematis suis tractasse, ac prima statim carminū serie, cuncta sunt  
 nata dixisse. Habeo etiorē fratrem qui asserit versutissimos Poetas,  
 quos & philosophos nominat de prima rege materia idem quædam

*fabulae  
involuntariae*

genū Molem sensisse. Q. si concepta materiae breuitas pateret / nec  
ineptam Echasin me videri posse dicerent amant. Osienderem tibi / adeo  
inter antiquos philosophos & antiquos Poetas studiorum societate  
quoad eduenisse, vt & Poetae philosophi vñ fuerint, qđ hactenus mon  
stram, & philosophi ipsi Poetae hoc solo discrimine, qđ illi, vt dicebat /  
rem intellectū fabulae inuolueris plus occultarunt. Hi adē philoso  
phie precepta versutradentes veri inquisitionē apertius tractarunt  
Quin & de deo, quē scripserunt, planiora apertioraq; voluerūt: qđ vñ  
ostendit Parmenidis versus / quos de Deo, ante primo, sinito, & tota  
naturę principio, scriptos: Belsarion latines fecit hoc modo.

Ingenitum quando est sit & immortale necesse,  
Vnigenam: immortam: immensum: sine fine: perennet  
Quod nec erat: nec erit: totum nunc esse fatendum est:  
Vnum: continuum: nam quem eius: dixeris ortum:  
Aut quo tandem: aut vnde: non ex non ente putandum est:  
Nec diel ore potest nostra nec mentē reuolui  
Quod nihil est: Nam quid possit, ipsum fecit oriri  
Aut prius: entis: enim non sunt primordia primi,  
Nunc ergo, aut semper: de quo nunc dicimus ens est.  
Ex nihilo: qđ nihil fieri forsenta perstat,  
Ergo ortus nullus, nec erit post breuita finis.

Quos ego Parmenidis esse dubitallem, nisi a tam prestanti tanq; eru  
diti vnaq; lingua; viro, testimoniū sui autoris sortiri essent. Sicut eq;  
dem plena intellectus & veritatis & Christiani hominis sententia: qđ  
ethnice; ambiguitati similiora. Quemadmodū & eisdem illi ab eo  
dem Bels. tralati versiculi.

Immortum, validis iniecta in finibus arcet  
Vincula, principisq; expers, finisq; funari,  
Hinc etenim longe finis, ortusq; recessit:  
Vera fides hęc est, nec hoc qui credit aberrat.

Huius pulchri & verissimū sententiā de primi entis natura quod om  
nia in se complecteretur, Aristoteles reprehendit in Phisicis dubiū  
quidem an iuste, nam longe aliter ac ipse voluit, primū illud ens / qđ  
Molius insitutum, Parme. insitū aliquid, frequētius tamē finitū  
posuit, conceptari sunt. Disting. videlicet altitudini animis suis propio  
res, qđ Phisicis opinionibus Aristoteles. Cuius est autoritas in nostro  
rum Theologos disceptationes adeo irrepit / vt singula eius verba  
singulorū oraculo; loco habeantur: cum teste Belsarione / doctores  
edidit. Le digionis nostre propugnacula, Aristoteles autoritate, aut  
nunc, aut raro admodū vñ sit. Verum vt eo reuocet, vnde digres  
sus sum. Nullum placulam comiserit, qui verissimos philosophos



Poetas fuisse defendere, ut & cregitse Poetę omnes philosophi fuerint. Hęc de Deo, & de diuinis rebus, & ad naturę maiestatem pertinentibus questionibus cęmunt fuisse ingenij, exercitij & doctrinę arcam.

POETICAM SACRARVM LITTERARVM

seueritati nõ obesse, & inibi, qđ temere isti agere videamur, qui eam, ut casam, & religionis discorsiam contemnant.

TITVLVS. XVIII.



REVELANDA mihi hoc in loco quorundã pertinacia est, sacrarum literarũ studijs nihil Poetice magis vehemētiusq; obesse existimantiũ: quod quidem & si bona parte prius fecerim, hic tamen id agam ut non solum retundã pro viris quę obesse videntur, sed etiã inuidiã ipsa & stomachum moueam, repouendo qui hęc sunt scđq; scriptores longe aliter sensisse, ut hoc modo par pari referatur, quod eos mordet. Primum omnĩ Augustinum nobis obijciunt: qui passim hanc artẽ improbis eam modo spectaculum turpitudinis / modo vanitatũ licentiam nominat. Post hęc alit Hieronymum: cuius in Epistola quadam de oratione & lectiõne, hęc verba sunt. Demonũ itaq; obus est carmina Poetarũ: scđularũ sapientia, rhetoricorũ pompa verborũ: Hęc sua homines suauitate deleant & dum aures dulci modulatione eurrentia capiunt, animum quoq; penetrant & peccatoris interna deuincunt. Hęc enim Hieronymus. Pręterea nihil atque plus a religionis incoheritate alienum esse debere / qđ Deorũ multoq; assertione quibus tot vana, totq; p̄ma lasciuie & spurcicie attribuantur. Ha ego propono Aurdij Prudentij Poema: & Honorij Fortunati Hymnos: preterea in his ( quod maximum puto) eorum ecclesie Christiane consensum qui apud me plaris est, qđ vel Augustini vel Hieronymi autoritas, cum illi coproferretur / his vero minime nisi inquam illa voluerit. Videtis ne aduersarij an de industria cęmuntis & apertis oculis estis lasciuosi? Ecclesie grauissimam estimacionẽ ita Prudentiũ ita Honorij alioq; amplectum esse ut in publicis ad deũ nostrũ precibus incę ritu tempore ceremoniarumq; seruando, nihil habeat eorũ dulcissimis versibus potius: eorum plis alijs non est opus, suare enim ante me viri doctissimi / qui obliuionem vestram castigantes id cęmderunt: quod ego alastro. Pręterea cum Nonus Vates gręcus euangelium iõannis versũ exámetro descripsisset, putauit idem doctissimẽ apud Latinos fieri, Isaacus Hispanus: cuius poema Christi doctrinam ambijre: quid Sedulium memoram: qui deĩ miracula: quid Aratorẽ qui Apostolorũ historij

causam tenuit: adeo Christianissimis viris grato, adeo accepto, ut  
Romæ in Fano Dni Petri iubente Pontifice, pronuntiati ab illis or-  
dine diebus, summo applausu ab multitudinis audientibus fuerint.  
At inquis fortassis, hos Poetas fuisse longe a fabulosa leuitate &  
obscenitate miferi alimur, hoc est plane Christianos: quod si mihi  
datis habeo vos conceditis enim Poeticæ sacrae litterarum & reli-  
gionis puritatem aduersari, id quod ego hoc in loco molior. Si vero  
hos falsæ Poetas negatis, nescitis quid sit Poetica, sedem vestram  
in hac contentione manetis. Cui enim minus credi debet, quod id per-  
fenti & iudicanti quod male ignorat cauere igitur ne in alieno, quod  
alium, fore litigare uideamini, ne ut hoc Citatorum adagium terque-  
tur i temeritatem uestram. Quam quicquid nouit artem in hac se con-  
erat, quam secutus Horatius ad Villiæ suam inquit Quis scit uterq;  
hæc concedo exerceat artem. Notum est istud Apellis ex ca. 10 libe-  
ri. 35. Plinij quod in prouerbijs vnum docēdit. Sumus non vltra expe-  
das, quo mouemur ne falsè in messem alienam siminamus, ne ut quod  
ignoramus, probemus audacius, aut improberimus. Iuxta enim mihi  
videtur se habere, an quis quod ignorat, laudet, an vituperet. AT  
GENTILIUM dicitis: Poeticæ retundimus ut viciosam res: in hoc  
tamen me non vicissim, nam secunda vos non sequitur. Poetica genti-  
lium mala est, igitur Poetica est mala. Scire tamen vellem cur retun-  
deretis: an quod nugis & verborum illecebris secat: Si nugæ sunt ad  
vitæ institutionem facientes. Dico non seclari religioni sed maxime  
conuenire, si turpes & obscenæ, quales abusus peperit. Aio, ne genti-  
libus quidem, aut decoras aut commodas fuisse. Verum prospera  
Poetam rejiciendū situlatum est dicere. Si vero aut haborem occultū,  
aut Mysticum aliquid quod ad Diuina pertinet, quis neget, velles  
esse nugas: quibus Eusebius: L. 4. tran. Hierony. Augustinus: alijp no-  
stri tam frequenter vtantur. Tuetur me Eusebii autoritas: qui multa  
secræta & mystica in Gentiliū fabulis comprehensa fuisse ait. Quod  
ad verborum lenocinū & degantiliū atinet. Legite Baptilæ Mantuanæ  
Christiana (ut dicitis) poemata & perpendite an nō fabulosa venusta  
rum vnam frequentissimū habeat: an non de Maria virgine de Cata-  
rina: Apollonia, Agatha: deq; alijs Heroidibus nostris cōpse & poe-  
tice scripserit. legite Strozzæ ferrariensis ad Dnū virginem eoramina  
legite Francisci Pæi Hymnos / quid non fabulis aspersum est: quid  
non historeis asertum: proinde si non elegantes, & nitidos fatemini,  
quid sit elegantia, ignoratis. Fulgentius episcopus fuit hoc est in opu-  
bica Christiana magistratus: & tamen mythologiam scripsit: quo  
fabularum vetularum interioris sensus eruit: in quibus ingens esse  
doctrinæ & veritatis fructū mihi plū adeo. CAETERUM (ait vestra

aliquis indignū Christiani hominis est conditio,de, veritate ex gentiō  
hinc dētere male, q̄ ex deo, cui nobis Evangelica doctrina ad manū  
est. Quid enim (inquit Hieronymus) cū Valerio Horatius e cū Eua-  
gelis. Maro, cum Apostolo Cicero e Si ita vultis, repono ego in hæc  
verba. Quid vobis vsp̄ ad canes cum Aristotele cuius logics phi-  
sophiq̄ omnem partē sentis: parte enī nobiliorū oporū suarū neglecta?  
nam Animalū historia paucissimis ad manū est q̄ launissimē & de-  
gannissime eam Graza transibit. Ethica & Politica eo negligentis a  
vobis legunt, q̄ omnia Poetiarū testimonijs cōferentissima sunt. Verū  
quia hæc quoq̄ legitis cur non ex Evangelio potius q̄ ex Aristotele  
Audite quid de Aristotele Hieronymus sentiat. In eo ipso loco e quō  
prior contra me locus deprehensus est. Secularē insipientiam cō-  
tenuens. Mihi autē (inquit) cur non quid Aristoteles sed quid Paulus  
doceret, Ornat enim doctrinā dei qui ea que conditioni suę apta sunt  
facit & eorum confundit illam cui conditio sua displicet hæc Hie-  
ronymus: que tam cōtra auerit his videtur, qui nihil aut fidei aut  
studij impendunt Aristoteli, q̄ mihi ea que contra Poetas supra ad-  
dūta sunt ex eodē. Bene (inquit) Hierony. scribit, verum nos artibus  
ab Aristotele consumatis, an eū sine viciis, vi que nostra sunt, cōser-  
uare poterimus & explicare facilius euidētisq̄ possumus. Bene est/  
si ita est, nec opera mihi illa male locari videtur, que tanti viri moni-  
mentis cognoscendis impendunt. Repono tñ quod pro me quoq̄ fa-  
ciat, Christianū hominē Poetiarū studiosum, eorum hoc conari, et ex-  
ternarum opinionū indicijs factus locupletior, eo vberius que nostra  
sunt amari, admittatq̄, potūq̄ id quod inde transferre tanq̄ ex miris  
diligenter plantato agro poterit, in nostrę religionis ornamentum &  
incrementum adducere. Quod fecisse tam circa Poetas q̄ philoso-  
phorū lectionē Doctores nostros enī si negarent ipsi, educere possunt.  
Quid ergo in quo eduerimus aut quod eandē dīctionis remediū  
erit. Namque hoc q̄ cōmendari debet omnis ista studiosorū sedulitas  
qua pascim per fideles & infideles, veritatis & rectiores varia lectio-  
ne proficētes, vndiq̄ sibi colligunt & coagminant / quod ad finaliter  
insensu religionis & fidei decorē / & incrementum facere potest /  
sedulitas apum imitati quā nulla arboricola concupta fuerit vndiq̄  
pro suo in tra alucaria cōstitūendo cōglomerans. Si vero a primor-  
dīo cognitay artū Poetica diuinis rebus cūprimis idonea sint, nō  
apud Gentes modo quare meminimus: sed & apud Hebręos q̄ veri-  
dei habuere noticiam. Cur non & hec eam agnoscamus que sacre  
scripturę minime aduersetur. De Davide & Mose diximus. De Job  
archetypo patientis Hieronymus in prologo primo super Job scribit,  
q̄ Hexametris versibus, spondeis & dactilo constantibus, maiori pte

sal operis vltus sit / ad quod constantius confirmandū subeongit in hęc  
 verba. Q. si cui videatur incredulū metra scilicet esse apud Hebreos  
 & in morem nostri Flacci, Gręciq; Pindari & Alopj & Sappho, vel  
 Pſalterium: vel lamentationes Hieronimę vel omnia forme scripturayę  
 canica cōprehendi: Legat Philonem Iosephū: Origenē: Cęsaricens  
 Eusebium, & eayę testimonio me verum dicere cōprobabit, haec sunt  
 Hieronymus. Audite aduersarij & intelligite / qđ studiose ostendat  
 Hieronymus Hebreos Poetas fuisse, qui carmini varietate gręcis &  
 latinis opposi queant: & erubescite paulisper / qđ adeo temere ne dicā  
 inepte, a sacrayę literayę severitate poeticam rescitis / cuius facilius  
 & gratia ab his electa fuit, per quos spiritus sanctus erat locutus  
 Qđ si mihi ob ea que scribo & assero molesti esse pergitis Hieronymū  
 appello. Si cōtrariū sentire vultis Hierony. in his locis quos cōtra me  
 paulo ante proposuistis: videtis mihi tantum rerum nostrę religionis  
 Hieron accusare velle aut inconſistēti / aut quod peius est invidiasse  
 quod a viro bono tam debet abenti esse, vt nihil magis. Cur nō inter  
 pretrari mature / repugnantia scriptorum loca qđ temere incidere  
 malim: Quid vero aliud Augustinus & Hieronymus: cum poetice in  
 festi esse videtur, p̄ferunt: nisi vt in huius doctrinę illecebris, ad  
 trahi obturariq; desiderio nemini decrat / quin semper animum ad  
 ea redhibeat: que & fructū vberiorē & quietē beatiorē pollicent:  
 qualia sunt que fides nostra amplectitur. Inq; eo non tam Poetis qđ  
 philoſophis molestū sunt si nimū his aurē prebeamus vacuam, cum  
 multo nobis euidentiora per Apostolum perq; Euangelistas / ad verū  
 felicitatis obeundū finem vident. Quod si qui essent, qui p̄ſalterio  
 renunciantes Horatio fiderēt, & cum Euangelij veritas excolenda  
 esset Maronē maribus voluerent, aut si fidei Ciceroni tribuerent /  
 quātū Paulo, hi nō iniuria nequē essent sacrilegi & prophanatores,  
 p̄ter ea ne illi quidē probari possunt, qui fabulayę scripturayę lectio  
 voluptatis potius gratia capuntur, qđ vtilitatis que in studijs quę  
 da p̄cipue videtur: cum voluptatis gratia lecta Poetarū figmenta  
 prohibita sint, vt in cap. Ideo. dif. 37. decreti annotatum est, Patribus  
 nostris alioqui poetayę lectioem ne in sacerdotē quidem rescībō:  
 vt in ea. Turbat acumen, ex Beda: & ea. Qui de mensa, ex Hierony.  
 dif. 37. clare ostenditur. Ad do his qđ ex Clementis pape sententia, se  
 cularium pericū consecrari vt necessariū existimātū est: dummodo ad  
 asserionem veri dogmatis consecratur / vt vbi vera didicerit, falsa &  
 simulata declinet. Fatemini ne vos vidēs amulcerit: an vberius imo  
 bili pertinacia perſistat: Date operā, per deum immortalē, vt pug  
 saltem gratia que vobis cū Poetis agenda est, gentiliū literas igno  
 rare nō videamini / vt quibus ipsi rationibus iustant & quo tandē

vultus  
 p̄ſalterio  
 voluptatis  
 quę  
 da p̄cipue  
 videtur  
 cum  
 voluptatis  
 gratia  
 lecta  
 Poetarū  
 figmenta  
 prohibita  
 sint  
 vt in cap. Ideo. dif. 37. decreti  
 annotatum est  
 Patribus  
 nostris  
 alioqui  
 poetayę  
 lectioem  
 ne in  
 sacerdotē  
 quidem  
 rescībō  
 vt in ea.  
 Turbat  
 acumen,  
 ex Beda:  
 & ea. Qui  
 de mensa,  
 ex Hierony.  
 dif. 37.  
 clare  
 ostenditur.  
 Ad do  
 his qđ  
 ex  
 Clementis  
 pape  
 sententia,  
 se  
 cularium  
 pericū  
 consecrari  
 vt  
 necessariū  
 existimātū  
 est:  
 dummodo  
 ad  
 asserionem  
 veri  
 dogmatis  
 consecratur  
 vt vbi  
 vera  
 didicerit,  
 falsa &  
 simulata  
 declinet.  
 Fatemini  
 ne vos  
 vidēs  
 amulcerit:  
 an  
 vberius  
 imo  
 bili  
 pertinacia  
 perſistat:  
 Date  
 operā,  
 per  
 deum  
 immortalē,  
 vt  
 pug  
 saltem  
 gratia  
 que  
 vobis  
 cū  
 Poetis  
 agenda  
 est,  
 gentiliū  
 literas  
 igno  
 rare  
 nō  
 videamini  
 vt  
 quibus  
 ipsi  
 rationibus  
 iustant  
 &

illa pertinere possint que asserunt/in abeatis in promptu. Raro cum  
hoste prospere dimicamus si quo armorum genere utatur, nescimus.  
Nec vestro clamori vlla potest autoritas esse, nisi rem agere non ter-  
mere/non inturia / sed intelligentia & iudicio alij de vobis sciant. Sit  
vobis exemplum Dignus Augustinus, qui gentium superstitionem/ &  
viciatam religionis errores innumeros oppugnaturus, Primū omnium/  
quid Poeta; quid Historici & philosophi gentes sentirent / & quibus  
tandem fundamentis inisterentur, laboriosissima lectione comperit:  
tūc deam illam Diaboli ciuitas/machinis ad huiusmodi obfidio-  
nem prudenter paratis/inquare solo/ & opprimere funditus/asserita  
christiane fidei victoria incepit: Cuius inestimatū opus / cū in bonos  
virosque presentia/dum in Patriam Vienna venissem sine literarū fre-  
quenti lectione intelligi nequaquā posse dixissem. Quidam sacerdos  
Barbaeculus/qui sibi tū scire aliquid per experia videbatur / subridens  
alio inquit sine Poeta non intelligatur/minus tū ad religionē pertinēt  
que in isto libro perscriptū: cumq; ego aliud sibi multis verbis per se-  
dere conatus essem Nil inquit: accepto nisi syllogistice probaueris  
tūc ego hominis obstinacia correptus, provocāte me iuvenū calore  
cepit formare Axiomata & Syllogismos: vbi ille animaduerit, me  
logicis quocq; impendisse operam: ut sese pugne subtraheret / nescio  
inquit in quo modo aut qua figura tui sint Syllogismi, atq; castigio  
abest. Idem alio in loco cum de lingua latina incidisset mentio, Haud  
dubito inquit: quin Aristotelis libri postericos/ translatis sine grauiore  
latinitate quā vltus Poeta latinus scripseris. Admitto hoc (si eam) sed  
non dubitū esse quin in elegantia, ea aut emendari nequaquā posse / q̄  
ex obducta eis Barbarie grauitate fortiterentur / semperq; salebrosū &  
obscurū locutioni planū & facile pręferri / tūc ille fractionem quasi mala-  
bile commēdā: mali sunt inquit: qui cum parum in Poena sciunt/  
videri volens esse boni magistri/ & tū vix sciunt in quo predicamēto  
sit magister: ego me lacessi animaduertens, qui paulo ante Viennę  
Pannonię in liberalibus studijs insignia (vt aiunt) magistrerij suscep-  
eram. Pape dico q̄ difficile est hoc & summa discernerē an nō in quali-  
tate ceteris deserquetur ille, in qua specie. Respondi in prima esse q̄  
esse habens vel dispositio: his aut verbis vti me tū maxie opus erat  
vt Balbus Balban intelligeret / vep me aliquid in suis studijs operę  
localis audiret: bene dictis inquit: tū demū vt fieri solet, verbis verba  
prouocantibus deamimus in diuersitatē habitū & discrimen quicq;  
habituū intellectuā, quomq; aliquid de scēdis institutionibus casu  
interrogassem / vnde cōurgerēt aut quale haberēt in intellectu esse:  
aut ille sibi ex frequēti doctis. Subitis lectisq; de multo difficultioribus  
quanta & prorita & vulgaria esse: statim reponēs quid de cōmuni

meis ediscipuli Viennenses tenebat. Respondi ego nil aliud q̄ vniuocasse  
esse ad subitū & accidit, rationē aut Analogi qua Thomā per  
frustrari abijci, & cū nomi abbas carerit, & Scoto nobis peribelle q̄  
venire, nec alii frequētis Viāna publice super eare legi, q̄ Anton  
nom Andree cuius hęc prima esset quęstio print Metaphisicę  
Nescio (inquit) quis ille sit Andree, puto esse recentē gloriatorē, ego  
vnum habeo ex antiquis scritis, quo nemo in scribitur magistra hęc  
edemum fecit, Cum qua sūsem nomē, Serphānū nominat Brulio  
rum, qui mihi plus auctoris facit, quā aliquis recēt. Nunq̄ putatis  
vos tam bonū artū am esse, & me amice apprehēdens tandem tanq̄  
seruicij hominē penetrat, nūq̄ inquit in vobis ista quęstissem, tūc  
delinēps semper veneratus, q̄ nō solū hūarista, sed etiā artū esse  
Sed o miser idam multos cecidit, eos artū liberaliū exactū peritū  
habere etiam nū, qui vix prima legē rudimenta, aut liminares ali  
quot philoſophię quęstiuiculas attingerit. REDEO ad edētes, Christopho  
rus meus Crasus, homo per factus, & in p̄p̄tē respondēdo tenū  
admodum & fallis, p̄ contemptū sui scilicet me audiente per pulchre re  
pondit. Reprehēdebat cum acerbe sacerdos iuuenis, ut arguus q̄ fa  
bulis nimis additus esset, interq̄ alia Christophor. erat: vide ne va  
pules quod tantopere Poetas legis: an non vidisti cap. leg. m. dist.  
37. decreti: quod Hieronymū ab angelo castigatū verberibus  
q̄ Ciceronem legisset, legi inquit Christophor. sed scire vellem an le  
gissetis vos tregione cap. P̄pter hoc. dist. 12. Decret. Cum ille sibi  
dubiam esse diceret an legerit, salū inquit cap. Episc. p̄. nō nescitis  
de clerico venatore / aut cap. An puratis dist. 2. decreti. nam ille vos  
narrantis studiosissimus rubore suffusus frustra inquit me taxas: nō  
ego dum Rome ha, Pontificet aliquando Maximū extra venatū uidi  
Et ego (inquit Christoph.) nō uidi quidem sed legi, De masum Papā,  
quem a deo ueneratus est Hierony. clarissimū poetā fuisse. Post hęc  
ad me eduerfus nescio inquit. ut om ma us p̄tūū sit: Cares alere  
ut volupteris: ante Poetas legere ut proficias: cum hoc egerint clarif  
simi ecclēsię doctores. Illud ex maioribus nemo. Virūp̄: aie suo uir  
patum tempore hīs quibus bene pereportūū est, Homiūp̄ paulo  
in uerba p̄uocet: hōrē tūc tacere. Multos animos in rei literarię  
iudicio, per similes esse asserit P̄tūis antiquis, qm ferula etiā ser  
rea percussit nostra uerba conari negligit. CAETERVM ut ad inſi  
ritam rom propius deſcēdam, me, ut propositum defendere, nō cog  
tantum exēpla prouocant qui sacrarum literarūm aliquando p̄  
missi fuerit: sed illorum etiam incitā studia, qui sunt in humanis,  
& exoptabili mihi familiaritate nūcti, Theolōgi clari, nec literarū  
periti m̄quis. Inter quos omnium est primus Iuuenis ille CAMERS

Picinius

Picentinus, vir certe multè eruditioris, & præter sacrarum literarum summam peritiam, lectissimè in omnibus bonis scriptoribus indefessus. Primus omnium qui exactissimi iudicij sectam loannis Seci in Vienti Gymnasio cui ludù quendam, in quo multi eum fruge decertarent, aperuit. Cuius opera & diligentissima tradidit, quod ad manuum suarum literarum & philosophiæ rationè attinet, nisi me profectò dicerem plane ingratis essem. Is mihi aliquando quærenti quod solum esset de Poetis iudicium, non aliud respondit, quam homines fuisse, & esse hodie, si qui essent, multissimos, in quibus, artis, naturæ, & excercitationis, mira quædam vestigia apparerent. AMBROSIVS Salver Panno, doctissimus & veterum rerum inquisitione diligentissimus Theologus, & per hoc, summa mihi quamvis alius professionis homini, familiaritate cõiunctus, ita literarum & Poeticæ studiosus est, ut in perpetuis illis studiis suis, Ethicæ externæque nostris, quæ sacra merito dicuntur, diligentissima indies ratione coniungat, hoc nimirum & eos episcopi animadvertens, quos traditionibus nostra fides illustrata est. MAURICIUS HYBERNICVS (ut & hunc nominè in Gymnasio Patavino Venetiæ, philosophiæ & sacrarum literarum publicus professor, mihi Venetijs anno ab hinc octavo Patavini, doctusq; hominum visendos gratia profecto, cum in eius tandem, quod maxime optaueram, humanitatis plenè cõuberniū inductus essem, seretq; inter nos longior de rebus varijs sermo, quando literarum & Poeticæ studio incidit, adeo copiose disertusq; cum literarum omnium, tum Poeticarum in primis, studia cõmẽdabat, ut ex eo tempore nunquàm huius me amor deseruerit, est is, ut audio, in Hybernia episcopus nõ tam summa eruditione, quàm viq; integritate conspicuus. Verum quid hos enomero, si ERASMI mihi ROTHODAMI testimonium tam locuples ad manum esse potest: Cuius opera, cum literis, diu literarumq; cõsulturn esset, lithue solius gradu perueniit est, ut pro summa sua i sacris literis eruditione, ea indefatigatus emittat, quæ religiosorum moribus eruditioni & omnino probitati profutura sint. Tum & eos nobis diuinarum rerum scriptores, mille erroribus demptis, demum in lucem & nitorem restituit, qui sine Poetarum, grecorum & latinorum, tum & Historiarum & posteriorum artium cognitione, suavitè sanè nequaquam poterant. Imo, qui per eorum imperitiã quos sermo admittit & aduersa barbaries fuit, in mendarum, errorum & suppositioq; operum capicitatem, siue potius seruitutem incidere coacti sunt, dubium an vnus alius melius valuerint, ac hodie valebunt, Erasimicæ virgula percerat, & cuius munificentissimo ingenio, nescio quid vitæ spirantem emanare solet. Adde his IACOBVM VIMPHELINGVM, virum religionis amatorem, qui nostris externa semper multa cum laude iunxit

Adde IOANNEM CAPTIONEM Phocensē, cum multis re-  
 tum maxime sacrae literarum peritum, & tanq̄ h̄ habeat tria corda,  
 trium linguarū gratia prae dicitur. Mihi certe prouide circūspiciendi,  
 & confertenti non nulla, dum Poetiq̄ originem, vsum, finēq̄ cōsidero,  
 hoc afferendū probandumq̄ mihi omnino videtur, Sine Theo-  
 logiq̄ hoc est rerum diuinarū diligenti inquisitione, non multum ipse-  
 doris habiturū Poeticā, eam p̄ferunt quam vir Chriſtianus, imo/  
 eruditus, cum laude infumat. Tantū abest, vt his aeternam p̄becam  
 neq̄ terijs neq̄ quaris (vt aiunt) Negarentibus, qui Poeticū vt in-  
 micam religioſi abſciunt, in horum eorum animis, adeo plena inui-  
 diq̄ pertinacia, veri iudicij intercipit, vt nec quid noſtri ſcribant, de  
 dijs, nec quid vetuſti, quae origine crediderint eſſe deos, aut ſcrip-  
 ferint, ſane fideſiter conſpiciant.

DE DIEBVS GENTILIVM NON NIHIL, ET INBI

quid de dijs Poetae uerba in dicitur

TITVLVS. XVIII.



VOD ſi eorum, vt uolunt non inſta reſciſſa dēent, quō  
 decorum p̄corū numera aſſerunt, aut multa de dijs Echi-  
 nicis mentionē faciunt, quod Poetae p̄cipuan ſtudij  
 eſſe illi obijciunt, Nunq̄ aut Ciceroſi Hieronymus, aut  
 M. Varronem Auguſtinus, tam diligenter legiſſent. De Dijs enim  
 illi inter Latinos copioſiſſime ſcripſerunt. At Auguſtinus omnem ve-  
 tuſtq̄ religioſis, apud Romanos, rationē adeo uigilanter excuſa, vt  
 illos antiquitarum ſcriptores nulla in parte diligentiſſe legiſſe uide-  
 atur. Verum eo (dicunt illi) ſine, vt quantum illi, a veri dei cognitione  
 deſtauerint oſtenderet, reſutarēq̄ quicquid a noſtre, hoc eſt ueræ  
